SUETONIO

VIDA DE LOS DOCE CÉSARES

IV

COLECCIÓN HISPÁNICA DE AUTORES GRIEGOS Y LATINOS

PATROCINADA POR LAS UNIVERSIDADES ESPAÑOLAS

Y

EL CONSEJO SUPERIOR DE INVESTIGACIONES CIENTÍFICAS

PUBLICACIÓN SUBVENCIONADA POR EL MINISTERIO DE EDUCACIÓN Y CIENCIA

Director: Mariano Bassols de Climent

Consejo asesor:
Antonio Tovar - Francisco R. Adrados
Manuel C. Díaz y Díaz - Sebastián Mariner

DEPÓSITO LEGAL, B. 32.927 - 1964 (IV)

C. SUETONIO TRANQUILO

VIDA DE LOS DOCE CÉSARES

TEXTO REVISADO Y TRADUCIDO POR
MARIANO BASSOLS DE CLIMENT
CATEDRÁTICO DE LA UNIVERSIDAD DE BARCELONA

VOLUMEN IV

(LIB. VII - VIII)

BARCELONA
EDICIONES ALMA MATER, S. A.
MCMLXX

Han colaborado en la revisión de este volumen Juan Bastardas, Profesor Agregado de la Universidad de Barcelona, y Olga Gete, Profesora de la Universidad de Barcelona.

IMPRESO EN ESPAÑA PRINTED IN SPAIN

RESERVADOS TODOS LOS DERECHOS DE PROPIEDAD

C. SVETONI TRANQVILLI

DE VITA DVODECIM CAESARVM

LIBRI VIII

(VOLVMEN IV)

SIGLA

M = codex Memmianus 6115, saec. IX.
G = codex Gudianus 268, saec. XI.
V = codex Vaticanus 1904, saec. XI-XII.
L = codex Laurentianus 68,7, saec. XI-XII.
P = codex Parisinus 5801, saec. XII.
O = codex Laurentianus 66,39, saec. XII.
S = codex Montepessulanus 117, saec. XII.
T = codex Berolinensis lat. fol. 337, saec. XIV.
Π = codex Parisinus 6116, saec. XII.
Q = codex Parisinus 5802, saec. XII.
R = codex Regius Londinensis 15, C. III, saec. XII.
A = codex Escurialensis M I 21, saec. XV.
B = codex Toletanus G III 4, saec. XV.
H = codex Parisinus 8818, saec. XI (excerpta).
N = codex Parisinus 17903, saec. XIII (excerpta).

Accedit

a (X apud Ihm) = archetypus *LPOST*.
b (ϒ apud Ihm) = archetypus Π*QR*.
a' (X' apud Ihm) = archetypus *V* et **a**.
b' (ϒ' apud Ihm) = consentiens lectio codicum **b** et *ST*.[1]

codd. = consensus omnium codicum.
uulg. = consensus editorum antiquorum.

⟨ ⟩ = inclusa sunt quae addenda uidentur.
[ ] = inclusa sunt quae secludenda uidentur.
... = lacuna.
† = lectio quae corrupta censetur.
— = uerba textus breuitatis gratia in apparatu omissa.
*** = litterae in codd. erasae uel deletae.

[1] Saepe cum iis consentiunt P^2 et $O(O^2)$.

EDITIONES SUETONIANAE DE QUIBUS IN APPARATU MENTIO FIT[1]

Ailloud, H. = *Suétone. Vies des douze Césars,* texte établi et traduit par H. Ailloud, 3 vols., Col. Budé, París 1954-1955.

Basiliensis = Editio Basiliensis, Basiliae 1533. Ed. altera 1546.

Baumgarten-Crusius = Editio D. C. G. Baumgarten-Crusii, 3 vols., Lipsiae 1816-1818.

Bononiensis I = Editio Bononiensis (cum commentaris Beroaldi), Bononia 1493.

Bononiensis II = Editio Bononiensis (impressa per Platonem de Benedictis), Bononia 1488. Ed. altera 1506.

Burmannus = Editio P. Burmanni, 2 uols., Amstelaedami 1736.

Casaubonus = Editio I. Casauboni, Genauae 1599, Parisiis 1610.

Egnatius = Editio Aldina cura I. B. Egnatii, Venetiae 1516.

Erasmus = Editio D. Erasmi, Basiliae 1518.

Ernesti = Editio I. A. Ernesti, Lipsiae 1748 y 1775.

Ihm = Editio Maximiliani Ihm *C. Suetoni Tranquilli opera. De uita Caesarum,* Bibliotheca Teubneriana, Lipsiae 1907 (editio maior), 1908 (editio minor). Hanc editionem secutae sunt plurimae aliae photomechanice iteratae, ex quibus recentissima edita anno MCMLXI.

Ch. Modderman = Lectiones Suetonianae, Groningae 1892.

Oudendorpius = Editio F. Oudendorpii (cum notis Graeuii, Gronouii, Dukeri), 2 uols., Lugduni Batauorum 1751.

Preud'homme = Editio Leonis Preud'homme, Groningae 1906.

Pulmannus = Editio Antuerpiana cura T. Pulmanni, Antuerpia 1574.

Rolfe = *Suetonius with an english translation* by J. C. Rolfe, 2 vols., Col. Loeb, London 1960.

Rom. I = Editio Iohannis Antonii Campani, Romae 1470 (editio princeps).

Rom. II = Editio Iohannis Andreae, Romae 1470 (editio princeps).

Roth = Editio Caroli Ludouici Roth, Bibliotheca Teubneriana, Lipsiae 1858 (editio nouissima 1924).

[1] De editionibus non integris cf. vol. I, pag. LV.

Stephanus = Editio R. Stephani, Parisiis 1543.
L. Torrentius = Editio Pulmanni cum commentaris L. Torrentii, Antuerpia 1578.
Ven. I = Editio Veneta, Venetiae 1471 (editio princeps).
Ven. II = Editio Veneta, cum commentario Sabellici, Venetiae 1490.
Wolfius = Editio F. A. Wolfii (cum commentaris Ernesti et Casauboni). Insunt reliquiae Monumenti Ancyrani et Fastorum Praenestinorum, 4 uols., Lipsiae 1802.

COMPENDIA

a. corr. = ante correctionem.
add. = addidit, addiderunt.
ad l. = ad locum.
al. m. = alia manus, alia manu.
app. = apparatus, apparatu.
cett. = ceteri.
cf. = confer.
coni. = coniecit, coniecerunt.
corr. = correxit, correxerunt.
del. = deleuit, deleuerunt.
ed. = editio.
edd. = editores, editoribus, etc.
eras. = erasit, eraserunt, erasae.
ex corr. = ex correctione.
em. = emendauit.
fort. = fortasse.
indic. = indicauit, indicauerunt.
in marg. = in margine.
legend. = legendum.
l. l. = loco laudato.
ll. ll. = locis laudatis.
m. = manus, manu.
mut. = mutauit.
oblitt. = oblitterauit.
o. l. = opere laudato.
om. = omisit, omiserunt, omissum, omisso.
p. = página.
p. corr. = post correctionem.
plq. = plerique.
ras. = rasura.
recc. = recentiores.
rell. = reliqui.
rest. = restituit, restituerunt.
script. = scriptum, scripta, etc.
secl. = seclusit, secluserunt.
sec. m. = secunda manus, secunda manu.
seq. = sequentes, sequentia, quae sequuntur.
s. scr. = supra scripsit, supra scriptum.
s. u. = sub uoce, sub uerbo.
suppl. = suppleuit.
trai. = traiecit.
transp. = transposuit.
u. = uide.
u. l. = uaria lectio.
ut uid. = ut uidetur.

LIBER VII - A

GALBA

SINOPSIS

I. GALBA ANTES DE ALCANZAR EL PODER

Presagios de la muerte de Nerón (1). Le sucede Galba, ajeno a la casa reinante (2). Origen de la familia de Galba (3). Lugar y fecha de su nacimiento. Presagios de su destino (4). Acontecimientos familiares (5). Cartera política. Su severidad con los soldados (6). Su actuación como procónsul de África (7). Es nombrado gobernador de la España Tarraconense a la que gobierna durante ocho años en forma desigual. Se suma a la sublevación de Víndex. Preparativos para la guerra (8-10). Muerte de Víndex y Nerón. Galba asume el título de Emperador (11).

II. GALBA EMPERADOR

Su severidad y avaricia le enajenan las simpatías (12-14). Excesivo valimiento de sus consejeros. Inconsecuencia en sus actos de gobierno (15). Descontento en el ejército (16). Adopción de Pisón (17). Presagios de su caída (18). Pronunciamientos de Otón al frente de los pretorianos (19). Galba es asesinado (20). Características personales (21-22). Honores póstumos (23).

GALBA

1 Progenies Caesarum in Nerone defecit: quod futurum compluribus quidem signis, sed uel euidentissimis duobus apparuit. Liuiae olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum reuisenti preteruolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium; cumque nutriri alitem, pangi ramulum placuisset, tanta pullorum suboles prouenit, ut hodieque ea uilla «ad Gallinas» uocetur, tale uero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mos triumphantibus illas confestim eodem loco pangere; et obseruatum est sub cuiusque

---

1 **3** sed uel] sed **b** *A* • **7** hodieque] hodie quoque Π *A* hodie **a** *B* • **9** decerperent] *sequitur post hoc uocabulum spatium uacuom in M* • **10** illas *Burmannus ex* PLIN., *Nat. hist., 15, 136 ss.* : alias *codd.* eas *Lipsius* • est] est et *M*

GALBA

El linaje de los Césares[1] se extinguió con Nerón. Indicios diver- **1**
sos, dos de ellos especialmente significativos, anunciaron la inminencia de este acontecimiento. Un día Livia, a raíz de su casamiento con Augusto, fue a visitar la residencia que poseía cerca de Veyes,[2] y he aquí que un águila pasó volando junto a ella y dejó caer en su regazo una gallina blanca que todavía sostenía en el pico una rama de laurel tal como la llevaba en el mismo momento de ser apresada. Livia dispuso que criasen aquella ave y plantasen la rama: de aquella gallina nacieron tantos polluelos, que todavía hoy en día la finca se conoce con el nombre de Cortijo[3] de las gallinas, y de aquella rama surgió un boscaje de laureles tan

---

[1] La palabra *Caesar* fue originariamente un cognomen de la familia *Iulia*. En el 44 a. de J.C. Augusto lo adoptó y, poco a poco, fue convirtiéndose en un sinónimo de "emperador". Los sucesores inmediatos de Augusto fueron todos miembros de la familia Julia por derecho propio o por adopción y, por tanto, podían legalmente usar este cognomen, pero no así Galba, que no perteneció a la familia Julia. Sin embargo, también se lo arrogó, pues en realidad, como ya hemos dicho, había dejado de ser un apellido para convertirse en un título.

[2] Antigua ciudad etrusca situada a 14 Km. de Roma en las inmediaciones de la población que hoy se llama Isola Funese.

[3] Obsérvese en el texto latino el uso de la preposición *ad* modificando a *Gallinas* sin que la función que desempeña la preposición en la frase pueda justificar este uso en el latín clásico. Se trata de una construcción que tuvo amplia difusión en el latín tardío y medieval. Cf. BASTARDAS, J., *Particularidades sintácticas del latín medieval,* Barcelona, 1953, 37-40.

obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno et silua omnis exaruit radicitus, et quidquid ibi gallinarum erat interiit. Ac subinde tacta de caelo Caesarum aede capita omnibus simul statuis deciderunt, Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est.

2 Neroni Galba successit nullo gradu contingens Caesarum domum, sed haud dubie nobilissimus magnaque et uetere prosapia, ut qui statuarum titulis pronepotem se Quinti Catuli Capitolini semper ascripserit, imperator uero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaam Minonis uxorem referret.

3 Imagines et elogia uniuersi generis exequi longum est, familiae breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit

---

2 **10** Pasiphaam *M* : pasipham (passi- P) **ab** *AB* pasiphen *G* • **11** Minonis *MLRA* : minois *cett.*

espeso, que los Césares los tomaban de aquel lugar para celebrar sus triunfos; y se generalizó la costumbre de volverlos a plantar en aquel mismo sitio tan pronto como terminaba la ceremonia. Y observóse también que al aproximarse la muerte de algún emperador se marchitaban los árboles que había plantado. A tenor de lo dicho, en el último año de Nerón, se secó todo el bosque hasta las raíces y murieron cuantas gallinas pululaban en la finca. Poco después cayó un rayo sobre el templo de los Césares,[1] se desplomaron a la vez las cabezas de sus estatuas e incluso fue arrebatado el cetro de las manos de Augusto.

2 A Nerón le sucedió Galba, no ligado por ningún grado de parentesco a la familia de los Césares; sin embargo era incontestablemente hombre nobilísimo, de rancio y viejo abolengo, y como tal no olvidaba nunca hacer grabar en las inscripciones de sus estatuas que era bisnieto de Quinto Cátulo Capitolino,[2] y, cuando fue emperador, expuso en el atrio (de su casa) su árbol genealógico para demostrar que, por parte de su padre, entroncaba con Júpiter y, por parte de su madre, con Pasífae,[3] esposa de Minos.

3 Como resultaría prolijo enumerar los antepasados ilustres y las inscripciones honoríficas de toda la estirpe, me referiré sólo a sus

---

1 Alusión al templo erigido en honor del emperador Augusto en el monte Palatino. Inició su construcción Livia, esposa de Augusto, continuó las obras Tiberio y las terminó Calígula. Cf. Calíg. 21, 1.

2 Cónsul en el año 78. Presidió la comisión encargada de reconstruir el Capitolio incendiado en el 83 de nuestra era; de ahí su cognomen de *Capitolinus*. No obstante, en ninguna de las inscripciones grabadas en honor de Galba descubiertas hasta ahora aparece reseñado el nombre de Capitolino.

3 Hija de Helios (el sol), hermana de Circe, mujer de Minos, rey de Creta, y madre del Minotauro, de Fedra y de Ariadna.

cur aut unde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum inlitis demum galbano facibus succenderit; alii, quod in diuturna ualitudine galbeo, id est remediis lana inuolutis, assidue uteretur; nonnulli, quod praepinguis fuerit uisus, quem galbam Galli uocent; uel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia quae in aesculis nascuntur appellanturque «galbae».

2 Familiam illustrauit Seruius Galba consularis, temporum suorum uel eloquentissimus, quem tradunt Hispaniam ex praetura optinentem, triginta Lusitanorum milibus perfidia trucidatis, Viriathini belli causam extitisse. Eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Caesari, cuius legatus in Gallia fuerat, conspirauit cum Cassio

3 et Bruto, propter quod Pedia lege damnatus est. Ab hoc sunt im-

---

3 **5** quem *GL* **b** *B* : quam *MPOST* qui *A* qualem *Bentley* • **8** uel *Bentley* : et *codd.* ⟨ditissimus⟩ et *Burmannus* • **10** causam] causa *M* **a** *(non T)* • **11** legatus] inlatus *uel* illatus *M* **b** *B*

allegados más próximos.[1] No se sabe con seguridad quién fue el primero de los Sulpicios que llevó el cognomen de Galba ni por qué ni de dónde le vino. Hay quien cree que le fue dado porque incendió con antorchas embadurnadas de gálbano[2] una ciudad de España que tenía inútilmente cercada desde hacía ya mucho tiempo; algunos, porque, durante una larga enfermedad, usaba asiduamente del «galbeo», o sea, de medicamentos envueltos en lana; otros, porque era un hombre de complexión muy gruesa, lo que se expresa en galo con la palabra «galba»; o, por el contrario, porque era tan delgado como los insectos que nacen en los encinares y se llaman «galbae». Dio lustre a la familia Servio Galba,[3] 2
que alcanzó el consulado y que además fue el hombre más elocuente de su época. De él se cuenta que, gobernando como pretor en España, pasó a cuchillo con alevosía a treinta mil lusitanos y fue causa de la guerra de Viriato. Su nieto, irritado contra Julio César, de quien había sido lugarteniente en la Galia, por haberle rehusado el consulado, se sumó a la conjuración de Casio y Bruto, motivo por el cual fue condenado por la ley Pedia.[4] De éste des- 3

---

1 La palabra *familia* que aparece en el texto latino debe interpretarse en el sentido de que Suetonio se referirá sólo a los miembros de la estirpe Sulpicia que llevaban el cognomen de Galba.

2 Goma que se extraía de una planta importada de Siria.

3 Servio Galba fue cónsul en el 144 a. J.C. Vino a España en el año 151 en calidad de pretor. El cónsul Lucio Licinio Lúculo le confió el gobierno de la España Ulterior. Para acabar con la insurrección latente en nuestro país prometió a los lusitanos un reparto de tierras. Confiando en su promesa acudieron gran número de lusitanos para participar en el reparto; pero faltando a su palabra los pasó a todos a cuchillo. Esta traición provocó la sublevación de Viriato que se prolongó del 147 al 139 a. J.C.

4 Q. Pedia fue elegido cónsul en una elección extraordinaria que se celebró el 19 de agosto del 43, celebrada bajo la presión del ejército adicto a Octavio. Su primera medida fue crear, mediante una ley (*Lex Pedia*), una comisión o jurado encargado de perseguir, juzgar y condenar a los asesinos de César.

peratoris Galbae auus ac pater: auus clarior studiis quam dignitate (non enim egressus praeturae gradum) multiplicem nec incuriosam historiam edidit; pater consulatu functus, quanquam breui corpore atque etiam gibber modicaeque in dicendo facultatis, causas industrie actitauit. Vxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli proneptemque L. Mummi, qui Corinthum excidit; item Liuiam Ocellinam ditem admodum et pulchram, a qua tamen nobilitatis causa appetitus ultro existimatur et aliquanto enixius, postquam subinde instanti uitium corporis secreto posita ueste detexit, ne quasi ignaram fallere uideretur. Ex Achaica liberos Gaium et Seruium procreauit, quorum maior Gaius attritis facultatibus urbe cessit prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo proconsulatum uoluntaria morte obiit.

4 Ser. Galba imperator M. Valerio Messala CN. Lentulo cons. natus est VIIII. Kal. Ian. in uilla colli superposita prope Tarracinam sinistrorsus Fundos petentibus, adoptatusque a nouerca sua

---

11 Seruium *Glareanus (cf. pag. 22, lin. 2)* : sergium *codd.*

4 **14** Ser. *M* : sergius *rell. codd.* · **15/16** Tarracinam *Ihm cf. Tib. 39* : Terracinam *codd.*

cienden el abuelo y el padre del emperador Galba. El abuelo, más ilustre por su erudición que por su carrera política (pues no alcanzó más que el grado de pretor), publicó una historia de muchos volúmenes y elaborada con sumo cuidado; su padre,[1] obtuvo el consulado y, a pesar de que era de exigua estatura y, por si fuera poco, jorobado y de escasas facultades oratorias, defendió con habilidad muchas causas. Casó primero con Mumia Acaica, nieta de 4
Cátulo[2] y bisnieta de L. Mumio, el destructor de Corinto,[3] luego con Livia Ocelina, extraordinariamente rica y hermosa; ésta, según se dice, quiso casarse con él a toda costa a causa de su alcurnia e insistió aún más cuando él, ante sus requerimientos, le pidió una entrevista a solas y quitándose su indumentaria le descubrió la deformidad de su cuerpo para que no pudiera llamarse a engaño alegando ignorancia. Tuvo de Acaica dos hijos, Gayo y Servio. El mayor de ellos, Gayo, se alejó de Roma después de haber malbaratado todos sus bienes y, como consecuencia del veto que puso Tiberio a que participase en el sorteo para la elección de los procónsules en el año que le correspondía, se suicidó voluntariamente.

El emperador Servio Galba nació durante el consulado de **4**
Marco Valerio Mesala y de Gneo Léntulo,[4] el nueve de las kalendas de enero, en una casa de campo edificada sobre un altozano cerca de Terracina,[5] a la izquierda del camino que conduce a Fundos.[6] Más tarde, cuando su madrastra Livia lo adoptó, tomó el apellido

---

1 Probablemente Servio Sulpicio Galba que fue nombrado *consul suffectus* el año 1 de nuestra era.

2 Cf. nota 2, pág. 19.

3 Mumio conquistó Corinto el año 146 a. J.C.

4 En el año 3 a. J.C. En este pasaje Suetonio se equivoca, pues el segundo cónsul se llamaba Lucio Cornelio Léntulo.

5 Ciudad situada entre Roma y Nápoles, en el lugar donde la Vía Apia alcanza el mar.

6 Ciudad marítima del Lacio, entre Terracina y Formia.

Liuia nomen et Ocellare cognomen assumpsit mutato praenomine; nam Lucium mox pro Seruio usque ad tempus imperii usurpauit. Constat Augustum puero adhuc, salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: « Καὶ σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ.» Sed et Tiberius, cum comperisset imperaturum eum, uerum in
2 senecta: «Viuat sane», ait, «quando id ad nos nihil pertinet.» Auo quoque eius furgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset et in frugiferam quercum contulisset, responsum est summum sed serum imperium portendi familiae; et ille irridens: «Sane», inquit, «cum mula pepererit.» Nihil aeque postea Galbam temptantem res nouas confirmauit quam mulae partus, ceterisque ut obscenum ostentum abhorrentibus, solus pro laetissimo accepit
3 memor sacrificii dictique aui. Sumpta uirili toga somniauit Fortunam dicentem stare se ante fores defessam et, nisi ocius reciperetur, cuicumque obuio praedae futuram. Vtque euigilauit, aperto atrio simulacrum aeneum deae cubitali maius iuxta limen inuenit idque gremio suo Tusculum, ubi aestiuare consueuerat, auexit et in parte aedium consecratum menstruis deinceps supplicationibus et peruigi-
4 lio anniuersario coluit. Quanquam autem nondum aetate constanti, ueterem ciuitatis exoletumque morem ac tantum in domo sua haerentem obstinatissime retinuit, ut liberti seruique bis die frequentes adessent ac mane saluere, uesperi ualere sibi singuli dicerent.

---

2 Seruio *(cf. pag. 21, lin. 11)* : sergio *codd.* • **4** παρατρώξῃ *Turnebus* : παρατρώζῃ *codd.* • **17** consueuerat] consuerat M^2GLSQA

de ésta así como el cognomen de Ocela, e incluso cambió su prenombre pues, a partir de entonces y hasta que fue nombrado emperador, se hizo llamar Lucio en vez de Servio. Es sabido que Augusto en una ocasión en que Galba, todavía un niño, fue a saludarle, rodeado de otros muchachos de su misma edad, le tiró de la mejilla y le dijo: «También tú, hijo, gustarás nuestro poder.» Incluso el propio Tiberio, como viniera en conocimiento de que Galba llegaría a ser emperador, pero en edad provecta, exclamó: «Por mí ya puede vivir, pues esto en nada me afecta.» Asimismo, 2
un día que su abuelo ofrecía un sacrificio para conjurar un rayo, un águila le arrebató de las manos las entrañas (de la víctima) y fue a depositarlas sobre una encina cargada de bellotas, por lo cual le vaticinaron que su familia alcanzaría el supremo poder, pero tarde, y aquél, riendo, replicó: «Sí, cuando una mula haya parido.» Nada, después, dio tantos ánimos a Galba, mientras preparaba la sublevación, como el parto de una mula, portento del que todos los demás abominaron como si se tratase de un mal presagio y que sólo él interpretó como muy favorable, pues recordó el sacrificio y las palabras de su abuelo. En otra ocasión — había 3
ya tomado la toga viril — se le apareció en sueños la Fortuna y le dijo que estaba cansada de estar en pie ante la puerta de su casa y que, si no se daba prisa en darle hospitalidad, la cogería el primero que pasase. Y, tan pronto como despertó, hizo abrir el atrio y halló junto al dintel de la puerta una imagen de la diosa de más de un codo de altura. La cogió en brazos y la transportó al cortijo que poseía en Túsculo, su residencia veraniega, en donde le asignó una parte de la casa y todos los años ofrecía en su honor un pervigilio. Aunque no había llegado todavía a la edad madura, 4
practicó obstinadamente una antigua costumbre caída en desuso y que sólo se observaba en su casa, a tenor de la cual los libertos y esclavos se reunían dos veces al día y desfilaban ante él, uno por uno, deseándole por la mañana los buenos días y por la tarde las buenas noches.

5 Inter liberales disciplinas attendit et iuri. Dedit et matrimonio operam; uerum amissa uxore Lepida duobusque ex ea filiis remansit in caelibatu neque sollicitari ulla condicione amplius potuit, ne Agrippinae quidem, quae uiduata morte Domitii maritum quoque adhuc necdum caelibem Galbam adeo omnibus sollicitauerat modis, ut in conuentu matronarum correpta iurgio atque etiam manu
2 pulsata sit a matre Lepidae. Obseruauit ante omnis Liuiam Augustam, cuius et uiuae gratia plurimum ualuit et mortuae testamento paene ditatus est; sestertium namque quingenties praecipuum inter legatarios habuit, sed quia notata, non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta reuocante, ne haec quidem accepit.

6 Honoribus ante legitimum tempus initis, praetor commissione ludorum Floralium nouum spectaculi genus elephantos funambulos edidit; exim prouinciae Aquitaniae anno fere praefuit; mox consulatum per sex menses ordinarium gessit euenitque ut in eo ipse

---

5 4 quae *add. G. Becker, post* Domitii *habent* ΠQAB • uiduata *MG* : uiduitate *B* uiduatae *uel* uiduate *cett. codd.* uiduata (*uel* uidua) ea *Bentley* • 9 quingenties] quinquagies *Casaubonus* • praecipuum] cum praecipuum **b**′ *B* • 10 habuit sed *G* : habuisset *cett. codd.*

Por lo que atañe a los estudios liberales se interesó también 5
por el derecho. No descuidó tampoco el matrimonio, pero, muerta su esposa Lépida así como los dos hijos que de ella tuvo, permaneció célibe el resto de su vida y no logró hacerle cambiar de parecer ningún otro requerimiento, ni siquiera el de la propia Agripina,[1] la cual, viuda a consecuencia de la muerte de Domicio, había pretendido a Galba recurriendo a toda clase de halagos hasta tal extremo, que un día la madre de Lépida, en una reunión de matronas, la reprendió cubriéndola de improperios e incluso la abofeteó. Agasajó más que a nadie a Livia Augusta[2] gracias a la 2
cual medró mucho mientras ella vivió y poco faltó para que heredara una gran fortuna a su muerte; en efecto, en sus últimas voluntades le fue asignada la manda más importante de todos los legatarios: quinientos millones de sestercios; pero como la suma aparecía consignada en cifras y no escrita en todas sus letras, Tiberio, su heredero, redujo el legado a quinietos mil sestercios; pero es el caso que ni siquiera embolsó esta cantidad.

Inició su carrera política antes de la edad reglamentaria. En 6
los juegos en honor de Flora[3] que ofreció durante su pretura, introdujo un espectáculo nunca visto: unos elefantes funámbulos. A continuación asumió cerca de un año el gobierno de la provincia de Aquitania; luego fue cónsul ordinario[4] durante seis meses y —extraña coincidencia— sucedió en este cargo a L. Domicio,[5]

---

1 Madre de Nerón.

2 Esposa de Augusto.

3 Flora era la diosa de la primavera. Las fiestas en su honor se celebraban todos los años del 28 de abril al 3 de mayo con espectáculos escénicos y toda clase de diversiones.

4 Así se designaba a los cónsules que entraban en posesión de su cargo el día primero de año y daban su nombre al año. Los que entraban en posesión en el transcurso del año, por ej., en sustitución de un cónsul que hubiese fallecido, eran designados con el nombre de *consules suffecti*.

5 El padre de Nerón se llamaba Gneo, no Lucio; Cf. Ap. Crít.

† L. Domitio patri Neronis, ipsi Saluius Otho pater Othonis succederet, uelut praesagium insequentis casus, quo medius inter
2 utriusque filios extitit imperator. A Gaio Caesare ⟨legatus Germaniae superioris in locum Gaetu⟩lici substitutus, postridie quam ad legiones uenit, sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus paenula continerent; statimque per castra iactatum est:

Disce miles militare: Galba est, non Gaetulicus.

3 Pari seueritate interdixit commeatus peti. Veteranum ac tironem militem opere assiduo corroborauit matureque barbaris, qui iam in Galliam usque proruperant, coercitis, praesenti quoque Gaio talem et se et exercitum approbauit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus prouinciis copias neque testimonium neque praemia ampliora ulli perciperent; ipse maxime insignis, quod campestrem decursionem scuto moderatus, etiam ad essedum imperatoris per uiginti passuum milia cucurrit.

7 Caede Gai nuntiata multis ad occasionem ⟨captandan⟩ stimulantibus quietem praetulit. Per hoc gratissimus Claudio receptusque in cohortem amicorum tantae dignationis est habitus, ut cum subita

---

6 **1** L. (Lucio *GA*) *codd.* : Cn. *Torrentius (cf. Aug. 17, 2) fortasse delendum* L. • **3/4** ⟨legatus Germaniae superioris in locum Gaetu⟩lici] *in codicibus legitur modo* lici *M* **a** licio *G* licis (-iis) **b** *Roth proposuit* ⟨in locum Gaetu⟩lici *sed cum plura deesse appareret Ihm addidit* legatus Germaniae superioris • **6** manus paenula *Salmasius* : manus paenulas (-is *OSTB*) *M* **ab** *A* manu paenulas *G* • **11** Galliam] Gallia *MG* **a**

7 **17** occasionem ⟨captandam⟩ *suppl. G. Becker*

padre de Nerón, y a él le sucedió Salvio Otón, padre de Otón, lo cual fue como un presagio de lo que más tarde aconteció, puesto que fue emperador en el lapso de tiempo que media entre los reinados de los hijos de ambos. Gayo César[1] le nombró comandante 2
en jefe de la Alta Germania en sustitución de Getúlico; el día siguiente de su llegada al campamento, acalló los aplausos que se le tributaron durante una fiesta tradicional, que casualmente se celebraba aquel día, impartiendo la orden de que no sacaran las manos fuera del capote; y en seguida circuló por el campamento este verso:

Aprended, soldados, vuestro oficio; éste es Galba, no Getúlico.

Con igual severidad prohibió que se solicitaran permisos. Ro- 3
busteció a los soldados veteranos y bisoños con asiduos ejercicios y pronto logró contener a los pueblos bárbaros que habían ya penetrado hasta la Galia; incluso en presencia de Gayo[2] dio tales muestras de su eficiencia y de la de su ejército que, a pesar de haberse concentrado de todas las provincias un número ingente de tropas, nadie obtuvo elogios ni distinciones más honrosas; y fue el propio Galba quien más se distinguió, porque dirigió, llevando el escudo, unas maniobras militares y cubrió corriendo junto a la carroza del emperador un trecho de veinte mil pasos.

Al hacerse pública la muerte de Gayo, prefirió mantenerse al **7**
margen de los acontecimientos, a pesar de que eran muchos los que le incitaban a aprovecharse de aquella oportunidad. Por esto Claudio le quedó muy reconocido, le consideró como uno de sus amigos más íntimos y le trató con tanta consideración, que retrasó

1 Alusión a Calígula; Cf. Cal. 8, 1 y Claud. 9, 1.

2 Estos hechos ocurrieron cuando la expedición de Calígula a Germania; Cf. Cal. 43 y ss.

ei ualitudo nec adeo grauis incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicae dies. Africam pro consule biennio optinuit extra sortem, electus ad ordinandam prouinciam et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam; ordinauitque magna seueritatis ac
2 iustitiae cura etiam et in paruulis rebus. Militi, qui per expeditionem artissima annona residuum cibariorum tritici modium centum denariis uendidisse arguebatur, uetuit, simul atque indigere cibo coepisset, a quoquam opem ferri, et is fame extabuit. At in iure dicendo cum de proprietate iumenti quaereretur, leuibus utrimque argumentis et testibus ideoque difficili coniectura ueritatis, ita decreuit ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto atque ibidem reuelato eius esset, ad quem sponte se a potu recepisset.

8 Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas ornamenta triumphalia accepit et sacerdotium triplex, inter quindecimuiros

---

5 etiam et *M* **a** *B* : etiam *cett. codd.* • **12** reuelato] reuelatio *M*

la fecha de la expedición a Britania por haberle sobrevenido una indisposición súbita, pero no grave. Asumió durante dos años el gobierno de África, cargo para el que fue elegido sin sorteo,[1] confiándosele la misión de pacificar aquella provincia soliviantada por disensiones intestinas y por una revuelta de los bárbaros. Restableció el orden dando muestra de extrema severidad y justicia incluso en cosas de poca monta. Como quiera que un soldado fue 2
acusado de haber vendido, durante una expedición en la que se hizo sentir una extrema penuria, un modio de trigo que le quedaba de sus provisiones por cien denarios, Galba prohibió que nadie le socorriera tan pronto como empezara a faltarle la comida, y así le obligó a morir de hambre. Otra vez, presidiendo un tribunal de justicia, se discutió la propiedad de una acémila y, como los argumentos y las pruebas aportadas por ambas partes eran poco convincentes y, por tanto, resultaba difícil formular ninguna conjetura sobre la verdad, Galba dispuso que llevasen al animal, con la cabeza tapada, al abrevadero en donde acostumbraba a beber y que, quitándole allí mismo la venda, lo adjudicasen al litigante a cuya casa se dirigiera por propio impulso después de haber bebido.

Por los servicios que prestó entonces en África y años atrás en 8
Germania, obtuvo las insignias triunfales y un triple sacerdocio, pues fue nombrado miembro de los quindecenviros,[2] de la cofra-

---

1 O sea, directamente por Claudio y no por sorteo entre los senadores que reunían las condiciones adecuadas, como era lo habitual. Permaneció también dos años al frente de su provincia y no uno como había establecido Augusto; Cf. Aug. 47, TÁCITO, Ann. 3, 58.

2 Los miembros de esta cofradía eran designados con el nombre de *quindecimviri sacris faciundis*. Eran los encargados de custodiar e interpretar los libros sibilinos. Eran también los encargados de organizar las fiestas seculares; Cf. HORACIO, Carmen Saeculare 70; TÁCIT., Ann. 11, 11.

sodalesque Titios item Augustales cooptatus; atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum uixit, ne ad gestandum quidem umquam iter ingressus quam ut secum uehiculo proximo decies sestertium in auro efferret, donec in oppi-
2 do Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est. Acciditque, ut cum prouinciam ingressus sacrificaret intra aedem publicam, puero e ministris acerram tenenti capillus repente toto capite canesceret, nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem successurumque iuueni senem, hoc est ipsum Neroni. Non multo post in Cantabriae lacum fulmen decidit repertaeque sunt duodecim secures, haud ambiguum summi imperii signum.

9 Per octo annos uarie et inaequabiliter prouinciam rexit, primo acer et uehemens et in coercendis quidem delictis uel immodicus. Nam et nummulario non ex fide uersanti pecunias manus amputauit mensaeque eius adfixit, et tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, ueneno necasset, cruce adfecit; implorantique

---

8 **6** intra **b** *B* : et inter *MG* **a** *A* • **11** summi *G* **ab** *AB* : summae *M*
9 **15** mensaeque ΠQ*STNAB* : mensasque *MLPR* mensisque *G*

día de Tito [1] y de los sacerdotes de Augusto.[2] A partir de esta fecha hasta aproximadamente a mediados del principado de Nerón, vivió por lo regular alejado de la corte, no saliendo nunca de su casa, ni siquiera para dar un paseo en litera, sin hacer transportar en un vehículo que seguía al suyo un millón de sestercios en oro.[3] A la postre, hallándose en la finca que poseía en Fundos,[4] le fue ofrecido el gobierno de la España Tarraconense. Y, después 2
de haber entrado en su provincia, sucedió que mientras ofrecía un sacrificio en un templo público, a uno de los acólitos, el que llevaba el incienso, se le volvieron de repente blancos todos los pelos de su cabeza; y fueron muchos los que interpretaron este prodigio en el sentido de que pronosticaba un cambio político y que un anciano sucedería a un joven, o sea, Galba a Nerón. Poco tiempo después un rayo cayó en un lago en el país de los cántabros y se encontraron en él doce hachas, símbolo evidente del supremo poder.

Durante ocho años gobernó su provincia en forma variable y **9**
desigual; al principio se mostró activo, enérgico e incluso exagerado al sancionar los delitos. En efecto, a un cambista que barataba las monedas con fraude, ordenó que le cortasen las manos y las clavasen en su mostrador; a un tutor, inculpado de haber matado a su pupilo para entrar en posesión de su herencia, ordenó que lo crucificaran y, como el hombre invocara las leyes y asegurase que

---

1 Tito Tato, rey sabino, colega de Rómulo, instituyó esta cofradía para velar por el culto tradicional sabino; Cf. Tib. 1, 1 y TÁCIT., Ann. 1, 54.

2 Los miembros de esta cofradía eran llamados «Augustales». Fue fundada por Tiberio para venerar a Augusto y a la *gens Iulia;* Cf. TÁCIT., Ann. 1, 54 e Hist. 2, 95.

3 Evidentemente con la intención de tener dinero disponible si Nerón ordenaba su detención.

4 Cf. nota 16.

leges et ciuem Romanum se testificanti, quasi solacio et honore aliquo poenam leuaturus, mutari multoque praeter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem iussit. Paulatim in desidiam segnitiamque conuersus est, ne quid materiae praeberet Neroni et, ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur. Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit legato Aquitaniae auxilia implorante; superuenerunt et Vindicis litterae hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus condicionem partim metu partim spe recepit; nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprenderat et confirmabatur cum secundissimis auspiciis et ominibus ⟨tum⟩ uirginis honestae uaticinatione, tanto magis quod eadem illa carmina sacerdos Iouis Cluniae ex penetrali somnio monitus eruerat ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat oriturum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum.

10 Igitur cum quasi manumissioni uacaturus conscendisset tribunal, propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam

12 ⟨tum⟩ *add. Beroaldus* : *codd. omiserunt praeter* **a** *A in quibus legitur* et

era ciudadano romano,[1] Galba, para suavizar con algún consuelo y distinción el castigo, mandó cambiar la cruz y poner en su lugar otra mucho más alta que las demás y toda ella pintada de blanco. Poco a poco fue cayendo en la molicie y en la desidia para no dar motivo de sospecha a Nerón y, como acostumbraba a decir, porque a nadie se le exigían responsabilidades por lo que dejaba de hacer. Se hallaba en Cartagena administrando justicia, cuando se enteró, por la apremiante petición de ayuda del gobernador de Aquitania, de que las Galias se habían sublevado; inmediatamente después recibió una carta de Víndex[2] que le exhortaba a declararse vengador y jefe del género humano. Galba, después de una breve vacilación, aceptó la propuesta, movido en parte por el miedo, en parte por la esperanza; pues había interceptado unas órdenes secretas de Nerón a sus agentes para que acabaran con él, y, por otra parte le alentaban no sólo óptimos auspicios y augurios, sino también el vaticinio de una muchacha de noble linaje, tanto más cuanto que el sacerdote de Júpiter en Clunia,[3] advertido por un sueño, había exhumado del sagrario otro oráculo muy parecido, formulado doscientos años antes por una muchacha dotada del don de la profecía. El texto de aquellos versos era el siguiente: «Día vendrá en que surgirá de España el señor y dueño del mundo.»

Así pues, bajo el pretexto de que iba a ocuparse de la manu- **10**
misión (de unos esclavos), tomó asiento en su tribunal; antes, sin embargo, había ordenado que colocaran cerca de él el mayor

1 Los ciudadanos romanos podían apelar al Emperador y, hasta que éste no había emitido su juicio, no podían ser encarcelados, torturados ni ejecutados.

2 Gayo Julio Víndex, gobernador de la Galia Narbonense, se sublevó contra Nerón en el año 68. Fue derrotado por las tropas romanas estacionadas en el Rhin; Cf. cap. 11, 1.

3 Ciudad de la España Tarraconense.

plurimis imaginibus et astante nobili puero, quem exulantem e proxima Baliari insula ob id ipsum acciuerat, deplorauit temporum statum consalutatusque imperator legatum se senatus ac populi
2 R. professus est. Dein iustitio indicto, e plebe quidem prouinciae legiones et auxilia conscripsit super exercitum ueterem legionis unius duarumque alarum et cohortium trium; at e primoribus prudentia atque aetate praestantibus uelut instar senatus, ad quos de
3 maiore re quotiens opus esset referretur, instituit. Delegit et equestris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum usu euocati appellarentur excubiasque circa cubiculum suum uice militum agerent. Etiam per prouincias edicta dimisit, auctor singulis uniuersisque conspirandi simul et ut qua posset quisque opera communem
4 causam iuuarent. Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus est anulus opere antiquo, scalptura gemmae Victoriam cum tropaeo exprimente; ac subinde Alexandrina nauis Dertosam appulit armis onusta, sine gubernatore, sine

---

10 **2** Baliari *M* : baleari *cett. codd.* • **6/7** prudentia atque **b** : prudentiaque *M* prudentiaque et *G* **a** *AB* • **7** uelut **b** : ut *B* uel *cett. codd.* • **11** singulis Π*Q* : in singulis *rell. codd.* • **14** scalptura] sculptura *G* **a** Π²*AB*

número posible de efigies de condenados y ajusticiados por Nerón, y que se situara de pie a su lado un muchacho de noble familia que, expresamente para esto, había hecho venir de la más próxima de las islas Baleares. Tomadas estas medidas, pronunció una arenga lamentándose de la condición de los tiempos y, como todos los presentes le aclamasen dándole el título de Emperador, hizo pública declaración de que se consideraba como representante del Senado y del pueblo romano. Luego decretó la suspensión de 2
todas las actividades y procedió a reclutar, de entre la plebe de su provincia, legiones y tropas auxiliares para completar los efectivos de que disponía consistentes en una legión, dos alas de caballería y tres cohortes. Instituyó también una especie de Senado, integrado por los personajes más influyentes, que se distinguían por su prudencia y edad, para tener a quienes consultar, siempre que fuera preciso, sobre los asuntos más importantes. Seleccionó también a 3
jóvenes del orden ecuestre y dispuso que con el nombre de «veteranos»[1] hicieran guardia cerca de sus habitaciones en sustitución de los soldados, sin perder por ello el derecho de llevar los anillos de oro.[2] Envió asimismo proclamas a las provincias, exhortando a todos en general y a cada uno en particular, a sumarse al movimiento y a defender la causa común en la medida de sus posibilidades. Aproximadamente por estos mismos días, mientras 4
se procedía a la fortificación de la plaza que había escogido como cuartel general, se encontró un anillo de talla antigua, adornado con una gema en la que se había labrado con cincel la imagen de la Victoria con un trofeo. A renglón seguido, una nave procedente de Alejandría llegó a Tortosa repleta de armas pero sin

---

[1] En el texto *evocati*. Se trata propiamente de soldados que, habiendo servido el tiempo reglamentario, a requerimiento de sus jefes continuaban como voluntarios prestando servicio en el ejército.

[2] O sea, sin perder la categoría de «caballeros». Un anillo de oro era el emblema de este estamento social.

nauta aut uectore ullo, ut nemini dubium esset iustum piumque et fauentibus diis bellum suscipi; cum repente ex inopinato prope euncta turbata sunt. Alarum altera castris appropinquantem paenitentia mutati sacramenti destituere conata est aegreque retenta in officio, et serui, quos a liberto Neronis ad fraudem praeparatos muneri acceperat, per angiportum in balneas transeuntem paene interemerunt, nisi cohortantibus in uicem ne occasionem omitterent, interrogatisque de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio esset.

11 Accessit ad tanta discrimina mors Vindicis, qua maxime consternatus destitutoque similis non multum afuit quin uitae renuntiaret. Sed superuenientibus ab urbe nuntiis ut occisum Neronem cunctosque in uerba sua iurasse cognouit, deposita legati suscepit Caesaris appellationem iterque ingressus est paludatus ac dependente a ceruicibus pugione ante pectus; nec prius usum togae reciperauit quam oppressis qui nouas res moliebantur, praefecto praetori Nymphidio Sabino Romae, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

12 Praecesserat de eo fama saeuitiae simul atque auaritiae, quod ciuitates Hispaniarum Galliarumque, quae cunctantius sibi accesserant, grauioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione

---

1 aut uectore M^2 *Salmasius* : auectore *M (a. corr.)* ac (et *B*) uectore *cett. codd.* • **6** muneri] munere **b**

11 **10** Vindicis **b** *B* : sui indicis *MGL* sui uindicis *cett. codd.* Iulii Vindicis *Casaubonus*

timonel, marineros ni pasajeros, con lo cual ya nadie dudó que la guerra que se iniciaba era justa, santa y contaba con el beneplácito de los dioses. Pero de súbito y cuando menos se esperaba, por poco se derrumban todos los proyectos. Una de las dos alas de caballería, arrepentida de haber violado el juramento de fidelidad, intentó abandonar a Galba cuando se acercaba a su campamento y sólo a duras penas se evitó su insubordinación; además, unos esclavos que un liberto de Nerón le había regalado y a los que previamente había adiestrado para que atentaran contra su vida, estuvieron a punto de acabar con Galba un día en que éste por una calle estrecha se dirigía a los baños, pero, sorprendidos mientras se exhortaban los unos a los otros a no desperdiciar aquella ocasión, se les preguntó a qué ocasión se referían y, sometidos a tortura, confesaron su propósito.

11 La muerte de Víndex vino a sumarse a tan grandes peligros. Ésta le afectó tanto que estuvo a punto de suicidarse pensando que todo estaba perdido. Pero inesperadamente llegaron mensajeros de Roma que le informaron del suicidio de Nerón y de que todos le habían prestado juramento de fidelidad. Al punto dejó de usar el título de «legado» asumiendo el de «César» y emprendió la marcha a Roma revestido con el manto de los generales y con un puñal que, colgándole del cuello, le caía sobre el pecho; y no volvió a ponerse la toga hasta que se hubo desembarazado de todos los que le disputaban el poder, o sea, de Ninfidio Sabino, prefecto del pretorio en Roma, de Fonteyo Capitón, legado en Germania, y de Clodio Macro, legado en África.

12 Le había precedido la fama de su crueldad y avaricia; porque, según el decir de la gente, había sancionado a las ciudades de España y de las Galias que habían vacilado más de la cuenta en reconocerle como emperador con tributos exorbitantes e incluso con la demolición de sus murallas, había hecho decapitar a oficiales

punisset et praepositos procuratoresque supplicio capitis adfecisset cum coniugibus ac liberis; quodque oblatam a Tarraconensibus e uetere templo Iouis coronam auream librarum quindecim conflas-
2 set ac tres uncias, quae ponderi deerant, iussisset exigi. Ea fama et confirmata et aucta est, ut primum urbem introiit. Nam cum classiarios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum cogeret, recusantis atque insuper aquilam et signa pertinacius flagitantis non modo inmisso equite disiecit, sed decimauit etiam. Item Germanorum cohortem a Caesaribus olim ad custodiam corporis institutam multisque experimentis fidelis-
simam dissoluit ac sine commodo ullo remisit in patriam, quasi CN.
3 Dolabellae, iuxta cuius hortos tendebat, proniorem. Illa quoque uerene an falso per ludibrium iactabantur, adposita lautiore caena ingemuisse eum, et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti paropsidem leguminis pro sedulitate ac diligentia porrexisse, Cano autem choraulae mire placenti denarios quinque donasse prolatos manu sua e peculiaribus loculis suis.

13 Quare aduentus eius non perinde gratus fuit, idque proximo

---

12 **15** rationum] rationem *ML (a. corr.) PT* • paropsidem ***Stephanus*** : parobsidem *M* parabsidem *G* parassidem *B* parapsidem *rell. codd.*

de alta graduación[1] y procuradores del fisco con sus respectivas esposas e hijos, había hecho fundir una corona de oro de quince libras que le habían ofrecido los habitantes de Tarragona, y les había reclamado tres onzas que faltaban del peso (declarado). Esta 2
reputación se vio confirmada y aumentada no bien hubo entrado en Roma. En efecto, ordenó que la chusma que Nerón había convertido de simples remeros en legionarios se reintegraran a su condición originaria, pero como éstos se negaron e incluso reclamaran con excesiva obstinación que se les devolviera su águila y sus emblemas, Galba lanzó contra ellos la caballería, los dispersó y diezmó. Licenció igualmente la cohorte de los germanos, instituida tiempo atrás por los Césares como guardia de corps, y de una acrisolada fidelidad, puesta a prueba en muchas ocasiones, y la obligó a regresar a su patria sin ninguna recompensa, bajo el pretexto de sentir demasiada simpatía por Gneo Dolabela[2] junto a cuyos jardines acampaba. Corrían también de boca en boca, 3
con o sin fundamento, estas anécdotas que le ponían en ridículo: que cuando le servían una comida demasiado copiosa prorrumpía en hondos suspiros; que alargó a su administrador un plato de legumbres cuando éste le presentó el extracto de cuentas, para premiar así su celo y escrupulosidad; que al flautista Cano, ídolo del público, le había regalado cinco denarios que con su propia mano había extraído de su faltriquera.

Por esto su llegada no provocó ningún entusiasmo, como se **13**
puso de manifiesto en la primera representación teatral; así, cuan-

---

[1] La palabra *praepositus*, que figura en el texto, puede significar también gobernador y comandante.

[2] Le unían a Galba lazos familiares e incluso algunos le propusieron más tarde que lo adoptara; Cf. PLUTARCO, Galba, 23. Su mujer había estado casada con Vitelio, el cual ordenó su ejecución.

spectaculo apparuit, siquidem Atellanis notissimum canticum exorsis:

Venit Onesimus a uilla,

cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem rettulerunt ac saepius uersu repetito egerunt.

14 Maiore adeo et fauore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium, quanquam multa documenta egregii principis daret; sed nequaquam tam grata erant, quam inuisa quae secus fierent. 2 Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantis nec umquam non adhaerentis paedagogos uulgo uocabant. Ii erant T. Vinius legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae; Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis; libertus Icelus, paulo ante anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus. His diuerso uitiorum genere grassantibus adeo se abutendum per-

---

13 2 exorsis *Beroaldus recentiores* : exorsus *codd.* exhorsis *B* • 3 uenit Onesimus *cod. Paris. saec. XV* : uenitione simus (simul *G*) *codd.* uenit Dorsennus *W. A. Schmidt*

do los actores de una atelana comenzaron a cantar aquella tan conocida copla:

Onésimo regresa del campo,[1]

todos los espectadores a la vez y al unísono terminaron el resto de la copla y la volvieron a repetir varias veces acompañándola de la mímica adecuada.

3 in ipsa consalutatione dimicandum fuisset. Ac statim moriendi impetum cepit, ut multi nec frustra opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseueraret, quam desperatione ulla aut diffidentia copiarum; quippe residuis integrisque etiam nunc quas secum ad secundos casus detinuerat, et superuenientibus aliis e Dalmatia Pannoniaque et Moesia, ne uictis quidem adeo afflictis ut non in ultionem ignominiae quiduis discriminis ultro et uel solae subirent.

10 Interfuit huic bello pater meus Suetonius Laetus, tertiae decimae legionis tribunus angusticlauius. Is mox referre crebro solebat

---

9 1 ulli] illi **a** *AB* ille *Ursinus* • 4 Betriacum *recc. (cf. Vit. 10 et 15, Vesp. 5, 7)* : bretiacum *codd.* • 6 consalutatione II *(a. corr.) Q* : consultatione *rell. codd.*

dos, que a toda costa querían entablar combate. Pero él no intervino personalmente en ninguna batalla y estableció sus cuarteles en Brixelo.[1] Y la verdad es que la suerte le fue propicia en tres com- 2
bates, pero de poca monta: en las estribaciones de los Alpes, en la cercanía de Plasencia y junto al templo de Cástor,[2] en la localidad que lleva este nombre; pero en el último y más importante, junto a Bedriaco,[3] fue vencido por una añagaza. En efecto, los soldados de Otón, inducidos por la esperanza de negociaciones, habían salido de sus campamentos como para discutir sobre las condiciones de la paz, pero he aquí que, de improviso y en el mismo momento en que se cambiaban los saludos de ordenanza, se vieron forzados a combatir. Acto continuo Otón decidió poner fin a su 3
vida, más bien, como muchos con razón opinan, porque se le hacía cuesta arriba persistir en la lucha para asegurarse el poder a costa de tan grave peligro para el Estado y para los soldados, que por haber perdido toda esperanza o porque desconfiara de su ejército; le quedaban todavía entonces las reservas que había traído consigo por si era preciso librar un nuevo combate, y acudían en su auxilio otras tropas procedentes de Dalmacia, de Panonia y de Mesia, e incluso los soldados, que habían mordido el polvo de la derrota, no estaban tan desmoralizados como para no afrontar gustosamente y hasta sin ayuda, cualquier peligro a fin de vengar aquella ignominia.

Mi padre, Suetonio Leto, participó, como tribuno angusticla- **10**
vio[4] de la decimotercera legión, en esta campaña. Más tarde, acos-

---

1 Hoy Brecello, ciudad a la orilla del Po, entre Padua y Mantua.

2 Lugar situado a unos 18 Km. al este de Cremona, en donde probablemente se levantaba un templo consagrado a Cástor y Pólux.

3 Población situada entre Verona y Cremona. La batalla tuvo lugar, probablemente, el 14 de abril del 69.

4 Los tribunos pertenecientes al estamento senatorial llevaban cosida a la túnica una ancha franja de púrpura y eran llamados "laticlavios"; en

Othonem etiam priuatum usque adeo detestatum ciuilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassi Brutique exitu cohorruerit; nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse; tunc ad despiciendam uitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret ac nunc mendaci nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit. Hoc uiso proclamasse eum aiebat non amplius se in periculum talis tamque
2 bene meritos coniecturum. Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum cohortatus, ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnis, secretoque capto binos codicillos exarauit, ad sororem consolatorios et ad Messalinam Neronis, quam matrimonio destinarat, commendans reliquias suas et memoriam. Quicquid deinde epistularum erat, ne cui periculo aut noxae apud uictorem forent, concremauit. Diuisit et pecunias domesticis ex copia praesenti.

---

10 **1** arma] bella **b** • **11** capto] captato **a** *AB* • **12** et *Torrentius* : sed *ML* **b** sed et *cett.*

tumbraba a menudo a contar que Otón, incluso antes de alcanzar el poder, detestaba hasta tal punto las guerras civiles que, un día que un comensal rememoraba entre plato y plato el triste fin de Casio y Bruto, se sintió invadido de un profundo horror; y que no se hubiera levantado contra Galba si no hubiese creído que podía salir airoso de la empresa sin derramamiento de sangre, y, en fin, que le incitó a menospreciar su vida el ejemplo de un soldado raso. Éste, como al anunciar la derrota del ejército, nadie le prestara crédito y se le acusara de falsedad o de cobardía como si hubiese huido del campo de batalla, se atravesó el pecho, arrojándose sobre su propia espada a los pies de Otón. Ante semejante acto de heroísmo, Otón, según contaba mi padre, exclamó que no quería exponer a nuevos peligros a unos hombres como aquéllos, que tanto habían hecho por él. Así pues, después de haber aconsejado a su hermano,[1] al hijo [2] de su hermana y a todos sus amigos que se pusieran a salvo, cada uno por los medios que pudiese, y después de haberles dado los últimos abrazos y besos, les despidió a todos. Luego se retiró a una habitación aislada en donde escribió dos cartas, una para cursarla a su hermana y otra para Mesalina, la viuda de Nerón, con la cual había pensado casarse, para que se hicieran cargo de sus restos mortales y no le olvidaran. Quemó luego todas las cartas que tenía consigo, para que, en poder del vencedor, no pudiesen dañar ni perjudicar a nadie. Distribuyó asimismo entre las personas que estaban a su servicio todo el dinero de que disponía. 2

---

cambio, los pertenecientes al estamento ecuestre llevaban una franja más estrecha y se les llamaba "angusticlavios".

1 Lucio Salvio Otón; Cf. cap. 1, 3.

2 El hijo de su hermana se llamaba también Lucio Salvio Otón. Vitelio respetó su vida pero, veinte años más tarde, Domiciano le hizo morir; Cf. Dom., 10, 3.

11 Atque ita paratus intentusque iam morti, tumultu inter moras exorto, ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores detinerique sensit: «Adiciamus», inquit, «uitae et hanc noctem», his ipsis totidemque uerbis, uetuitque uim cuiquam fieri; et in serum usque patente cubiculo, si quis adire uellet, po-
2 testatem sui praebuit. Post hoc sedata siti gelidae aquae potione arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie, cum alterum puluino subdidisset, foribus adopertis artissimo somno quieuit. Et circa lucem demum expergefactus uno se traiecit ictu infra laeuam papillam irrumpentibusque ad primum gemitum modo celans modo detegens plagam exanimatus est et celeriter, nam ita praeceperat, funeratus, tricensimo et octauo aetatis anno et nonagensimo et quinto imperii die.

12 Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus competit. Fuisse enim et modicae staturae et male pedatus scambusque traditur, munditiarum uero paene muliebrium, uulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum adaptato et adnexo, ut nemo dinosceret; quin et faciem cotidie rasitare ac pane madido linere consuetum, idque instituisse a prima lanugine, ne barbatus umquam esset; sacra etiam Isidis saepe in lintea religiosaque ueste
2 propalam celebrasse. Per quae factum putem, ut mors eius minime

---

11 **2** coeptabant] ceptabant M^2G **b** *S* certabant *M (a. corr.)* optabant *B* captabant *rell.* • **6** hoc] haec ΠQST • **8** artissimo] altissimo *Valesius*

12 **15** scambusque *Turnebus* : cambusque *codd. pler.* • **17** adaptato *QRΠ²NL*^{s} : adoptato *MG* **a** Π *(a. corr.)*

Tomadas estas medidas y cuando se disponía ya a quitarse la **11**
vida, se originó, en este intervalo de tiempo, un alboroto y, al averiguar que sus soldados injuriaban y detenían acusando de traidores a los que se aprestaban a alejarse y partir: «Añadamos», dijo, «todavía esta noche a mi vida». Éstas fueron exactamente sus palabras; prohibió que se molestara a nadie y, hasta una hora muy avanzada, dejando abierta la puerta de su alcoba, estuvo a la disposición de todos los que quisieron verle. Luego, calmada 2
su sed con unos sorbos de agua helada, cogió dos puñales y, comprobado que hubo el filo de ambos, colocó uno de ellos bajo su almohada, ordenó cerrar las puertas y concilió un profundo sueño. Despertó cuando ya amanecía y se atravesó el pecho de un solo golpe debajo de la tetilla izquierda y, ora ocultando, ora mostrando la herida a los que acudieron a sus primeros gemidos, expiró; y a toda prisa, pues así lo había dispuesto, fue inhumado en el trigésimo octavo año[1] de su edad y en el nonagésimo quinto día de su reinado.

Tanta entereza de ánimo no estaba en modo alguno en conso- **12**
nancia ni con su cuerpo ni con su vida. Se dice, en efecto, que era de estatura mediana, que tenía los pies planos y que era patizambo. Ponía, en cambio, un esmero casi femenino en el cuidado de su cuerpo, pues se hacía depilar y, como su pelo era escaso, había asentado y fijado sobre su cabeza una peluca que pasaba desapercibida a todo el mundo; más aún, se afeitaba todos los días y se frotaba la cara con migas de pan mojadas, costumbre ésta que inició tan pronto como le apuntó el primer bozo para evitar así que le creciera la barba; asistió también a menudo y sin recatarse a las ceremonias religiosas en honor de Isis vistiendo traje de lino tal como exige este culto. Todo ello trajo como consecuencia, a mi 2

[1] En realidad, Otón, al morir, tenía treinta y siete años.

congruens uitae maiore miraculo fuerit. Multi praesentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exosculati, fortissimum uirum, unicum imperatorem praedicantes, ibidem statim nec procul a rogo uim suae uitae attulerunt; multi et absentium accepto nuntio prae dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. Denique magna pars hominum incolumem grauissime detestata mortuum laudibus tulit, ut uulgo iactatum sit etiam, Galbam ab eo non tam dominandi quam rei p. ac libertatis restituendae causa interemptum.

1 maiore] maiori *G* **b**

juicio, que su muerte, tan dispar de lo que había sido su vida, causara un asombro aún mayor. Muchos de los soldados que estuvieron presentes cubrieron de besos y regaron con copioso llanto los pies del difunto, repitiendo una y otra vez que era el más valiente de los hombres y el único digno de ser emperador, y allí mismo y sin esperar a más se quitaron la vida; también muchos de los que no estuvieron a su lado, al llegarles la noticia de su muerte, embargados por el dolor, se precipitaron los unos contra los otros con las armas en las manos hasta su total exterminio. En fin, muchos de los que en vida le habían detestado acerbamente, una vez muerto, le colmaron de elogios, hasta el punto de correr insistentemente entre el pueblo la especie de que había matado a Galba más por el deseo de instaurar de nuevo la república que de alzarse con el poder.

LIBER VII-C

VITELLIVS

SINOPSIS

I. VITELIO ANTES DE ALCANZAR EL PODER

Opiniones dispares sobre la familia de Vitelio (1). Brillante carrera política de Publio Vitelio, padre del emperador Vitelio (2). Nacimiento de Vitelio. Su estancia en Capri (3). Se granjea torpemente el favor de Calígula, Claudio, Nerón. Brillante carrera política (4-5). Es nombrado gobernador de la Germania Inferior. Dificultades para librarse de sus acreedores (7). Sus condescendencias con las tropas a sus órdenes. Éstas le proclaman Emperador (8). Se inician las hostilidades. Batalla de Bedriaco (9-10). Marcha triunfal de Vitelio a Roma. Desmanes y atropellos (11).

II. VITELIO EMPERADOR

Sus relaciones con Asiático, su mancebo de placer (12). Su glotonería y su crueldad (13-14). Pronunciamiento de Vespasiano. Los ejércitos de Vitelio son derrotados. Vacilaciones de Vitelio. Llega a un acuerdo con Flavio Sabino y luego acaba con él. Incendio del Capitolio (15). Abandonado por todos se esconde, pero es descubierto. Los soldados de Vespasiano lo pasean ignominiosamente por las calles de Roma y a la postre lo acribillan (16-17). Se cumplen los presagios (18).

VITELLIVS

1 Vitelliorum originem alii aliam et quidem diuersissimam tradunt, partim ueterem et nobilem, partim uero nouam et obscuram atque etiam sordidam; quod ego per adulatores obtrectatoresque imperatoris Vitelli euenisse opinarer, nisi aliquanto prius de familiae condicione uariatum esset. **2** Extat Q. Elogi ad Quintum Vitellium Diui Augusti quaestorem libellus, quo continetur Vitellios Fauno Aboriginum rege et Vitellia, quae multis locis pro numine coleretur, ortos toto Latio imperasse; horum residuam stirpem ex **3** Sabinis transisse Romam atque inter patricios adlectam; indicia stirpis mansisse diu uiam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque,

---

1 **6** Extat Q. Elogi] extatq(ue) elogii **ab** *AB* extatq(ue) elogi *rell. codd. pro* Elogio *nonnulli editores proponunt alia nomina uelut* Clodium *(Muretus)* Longinum *(Lipsius)* Eulogium *uel* Eclogium *(Casaubonus)*

VITELIO

Sobre el origen del linaje de los Vitelios circulan versiones di- 1
versas y contradictorias: unos afirman que es antigua y noble, otros que es reciente, oscura e incluso de baja extracción; yo, por mi parte, consideraría como responsables de esta discrepancia a los aduladores y a los detractores respectivamente del emperador Vitelio, si no fuera que esta disparidad de criterios sobre la condición de la familia existía ya mucho tiempo antes de que ocupara el poder. Se conserva un opúsculo de Q. Elogio[1] dirigido a Quinto 2
Vitelio,[2] cuestor del divino Augusto, en el que sostiene que los Vitelios, cuyo origen retrotrae a Fauno, rey de los aborígenes, y a Vitelia, venerada como una divinidad en muchas localidades, habían reinado sobre todo el Lacio; que la última rama de esta familia había emigrado del país de los sabinos a Roma en donde fue admitida entre los patricios; que durante mucho tiempo sub- 3
sistieron, como prueba de la existencia de esta familia, la Vía Vitelia, que discurre del Janículo hasta el mar, así como una colonia[3]

---

1 Probablemente un liberto de Quinto Vitelio, tío del emperador Vitelio y citado a continuación. Éste, agradecido a su antiguo dueño por haberle concedido la libertad, había compuesto en su honor un árbol genealógico de la familia.

2 Tío del Emperador de este nombre.

3 Esta colonia, Vitelia, estaba situada en la parte superior del río Anio, entre el Lacio y los equículos. En tiempo de Plinio el Viejo había dejado ya de existir.

item coloniam eiusdem nominis, quam gentili copia aduersus Aequiculos tutandam olim depoposcissent; tempore deinde Samnitici belli praesidio in Apuliam misso quosdam ex Vitellis subsedisse Nuceriae eorumque progeniem longo post interuallo repetisse urbem atque ordinem senatorium.

2 Contra plures auctorem generis libertinum prodiderunt, Cassius Seuerus nec minus alii eundem et sutorem ueteramentarium, cuius filius sectionibus et cognituris uberius compendium nanctus, ex muliere uulgari, Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equi-
2 tem R. genuerit. Sed quod discrepat, sit in medio. Ceterum P. Vitellius domo Nuceria, siue ille stirpis antiquae siue pudendis parentibus atque auis, eques certe R. et rerum Augusti procurator, quattuor filios amplissimae dignitatis cognomines ac tantum praenominibus distinctos reliquit Aul. Q. P. L. Aulus in consulatu obiit, quem cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat, praelautus alioqui famosusque cenarum magnificentia. Quintus caruit ordine, cum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores remouerique
3 placuisset. P., Germanici comes, CN. Pisonem inimicum et inter-

---

2 **15** praelautus *ed. Basil. 1533* : praelatus *codd.* • **16** alioqui *MQ* : alioquin *G* **a** *AB* eloquio *IIR*

portadora de este mismo nombre, que en lo antiguo habían reclamado el privilegio de defender contra los equículos con fuerzas reclutadas de su familia; y que, más tarde, cuando la guerra contra los samnitas,[1] algunos miembros de esta estirpe se habían establecido en Nuceria [2] y que, al cabo de muchos años, sus descendientes regresaron a Roma y fueron admitidos de nuevo en el estamento senatorial.

Por el contrario, muchos aseguran que el fundador de la estirpe **2**
fue un liberto; Casio Severo [3] y con él otros muchos dicen que era
un zapatero remendón, cuyo hijo amasó una pingüe fortuna con
los bienes de los proscritos adquiridos en pública subasta y ac-
tuando como delator, y que éste, casado con una mujer pública,
hija de un tal Antíoco, panadero de oficio, tuvo un hijo que fue
un caballero romano. Mas en una cuestión tan controvertida es 2
mejor no pronunciarse en un sentido u otro. En todo caso, P. Vite-
lio, nacido en Nuceria, tanto si procedía de rancia estirpe como de
padres y abuelos abyectos, fue caballero romano e intendente del
patrimonio de Augusto. Dejó cuatro hijos que llevaron todos el
mismo cognomen y sólo se distinguían por el prenombre: Aulo,
Quinto, Publio y Lucio. Ocuparon todos ellos altos cargos. Aulo
murió siendo cónsul, cargo del que había tomado posesión con-
juntamente con Domicio, padre de Nerón. Era hombre muy dado
al boato y que se hizo famoso por la magnificencia de sus banque-
tes. Quinto fue depuesto de la dignidad de senador [4] cuando, a
propuesta de Tiberio, se acordó depurar y excluir del Senado a los
miembros menos idóneos. Publio, acompañante de Germánico, 3

---

1 Esta guerra se prolongó desde el 343 hasta el 290 a. J.C.

2 Ciudad de la Apulia. En Campania y Umbría hay también otras ciudades con este nombre.

3 Declamador y rétor de la época de Augusto; Cf. Aug., 56, 3.

4 En el año 17; Cf. TÁCIT., Ann. 2, 48.

fectorem eius accusauit condemnauitque, ac post praeturae honorem inter Seiani conscios arreptus et in custodiam fratri datus scalpro librario uenas sibi incidit, nec tam mortis paenitentia quam suorum obtestatione obligari curarique se passus in eadem custodia
4 morbo periit. L. ex consulatu Syriae praepositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus non modo ad conloquium suum, sed etiam ad ueneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque gessit. Curam quoque imperi sustinuit absente eo expeditione Britannica; uir innocens et industrius, sed amore libertinae perinfamis, cuius etiam saliuis melle commixtis, ne clam quidem aut raro sed cotidie
5 ac palam, arterias et fauces pro remedio fouebat. Idem miri in adulando ingenii primus C. Caesarem adorare ut deum instituit, cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset quam capite uelato circumuertensque se, deinde procumbens. Claudium uxoribus libertisque addictum ne qua non arte demereretur, proximo munere a Messalina petit ut sibi pedes praeberet excalciandos; detractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gestauit

---

4 in eadem] in aedem *MLP* inedia *suprascripsit* L^2 • **12** arterias] arteria *MG* • **13** adorare] adorari **b** *B* • **16** proximo] pro maximo **b'** *B* • **17** petit] petiit **b** *T* • excalciandos *(cf. Ner. 51, Vesp. 8, 3)*] exculciandos *MG* II *(a. corr.)* *R* excalceandos *B* exosculandos *Q*

acusó a Gneo Pisón de ser enemigo y causante de la muerte de su jefe y consiguió que fuera declarado culpable;[1] luego, después de haber desempeñado la pretura, le arrestaron como un cómplice más de Sejano y, confiado a la custodia de su hermano, se cortó las venas con un estilete de copista; pero después se dejó vendar y curar, más por las súplicas de los suyos que por arrepentirse de haber intentado suicidarse, y murió de enfermedad sometido todavía a la custodia (de su hermano). Lucio, nombrado, después 4
de su consulado, gobernador de Siria, persuadió con mucha habilidad a Artábano, rey de los partos, no sólo a parlamentar con él, sino incluso a rendir homenaje a las banderas de las legiones.[2] Luego, durante el reinado de Claudio, desempeñó otros dos consulados ordinarios y la censura. Al ausentarse el emperador para emprender la expedición contra Britania asumió la regencia del Imperio. Era incapaz de hacer daño a nadie y trabajador infatigable, pero objeto de muchas críticas por el amor que profesaba a una hija de libertos, con cuya saliva mezclada con miel se preparaba una pócima para curar su garganta y bronquios, y ello no en secreto y de vez en cuando, sino diariamente y a la vista de todos. Además, hombre de un singular ingenio para la adulación, él fue 5
el primero en adorar a G. César[3] como a un dios cuando, a su regreso de Siria, no osó nunca presentarse ante él a no ser con la cabeza cubierta con un velo, haciendo muchas reverencias y finalmente prosternándose a sus pies. No hubo recurso que no empleara para granjearse el favor de Claudio, dominado por completo por sus mujeres y libertos, y así pidió un día a Mesalina como gracia extraordinaria que le permitiera descalzarla y, quitándole el zapato derecho, lo llevaba siempre consigo, escondido entre la toga y la túnica, y de cuando en cuando lo cubría de besos. Vene-

1 Cf. Calíg., 2, 1. Tib., 52, 3.
2 Cf. Calíg., 14, 3.
3 Calígula.

assidue, nonnumquam osculabundus. Narcissi quoque et Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Huius et illa uox est: «Saepe facias», cum Saeculares ludos edenti Claudio gratularetur.

3 Decessit paralysi altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia probatissima nec ignobili femina editos consules uidit, et quidem eodem ambos totoque anno, cum maiori minor in sex menses successisset. Defunctum senatus publico funere honorauit, item statua pro rostris cum hac inscriptione:
2 «Pietatis immobilis erga principem.» A. Vitellius L. filius imperator natus est VIII. Kal. Oct., uel ut quidam VII. Id. Sept., Druso Caesare Norbano Flacco cons. Genituram eius praedictam a mathematicis ita parentes exhorruerunt, ut pater magno opere semper contenderit, ne qua ei prouincia uiuo se committeretur, mater et missum ad legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim lamentata sit. Pueritiam primamque adulescentiam Capreis egit inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo spintriae cognomine nota-

---

3 5 Sextilia *POST (cf.* TAC., *Hist., 2, 64)* : sestilia *rell. codd. Ihm.* • **16** perpetuo] in perpetuo **a** • spintriae] spintheriae *codd. plerique* sphinterie II spinterie *ST*

raba también entre sus dioses lares a las estatuas de oro de Narciso y de Palas.[1] También es suya aquella famosa frase con la que felicitó a Claudio con motivo de los juegos seculares: «¡Ojalá los celebres a menudo!» [2]

Falleció de parálisis al día siguiente de haberle sobrevenido **3**
esta enfermedad, dejando dos hijos,[3] habidos de Sextilia, mujer virtuosísima y de noble alcurnia; a ambos los vio cónsules en el mismo año y durante todo el curso del mismo, pues el hermano menor sucedió al mayor en el segundo semestre. El Senado honró al difunto con unas exequias a costa del Estado y con una estatua junto a la tribuna de los oradores con la siguiente inscripción: «De lealtad inquebrantable para su emperador.» El emperador A. Vi- 2
telio, hijo de Lucio, nació el ocho de las kalendas de octubre o, según otros, el siete de los idus de septiembre [4] bajo el consulado de Druso César y Norbano Flaco. Cuando los astrólogos comunicaron a los padres su horóscopo, éstos se horrorizaron tanto, que su padre puso siempre el máximo empeño en que, por lo menos mientras él viviese, no se le confiara ninguna provincia; su madre, tan pronto como supo que le habían enviado junto a las legiones y que éstas le habían proclamado emperador, empezó al punto a llorarle como si ya hubiese muerto. Pasó su niñez y los primeros años de su adolescencia en Capri entre los mozos de placer de Tiberio, lo que le valió que él mismo fuera mancillado para siem-

---

1 Libertos muy influyentes cerca de Claudio.

2 Los juegos seculares, como su mismo nombre indica, se celebraban una sola vez cada siglo.

3 Aulo, más tarde Emperador, y Lucio; Cf. cap. 15, 2. En cuanto a Sextilia, mencionada a continuación, recibió de Vitelio, a raíz de su entrada en Roma, el título de Augusta. Murió pocos días antes de la muerte de Vitelio.

4 El 7 de septiembre.

tus existimatusque corporis gratia initium et causa incrementorum patri fuisse.

4 Sequenti quoque aetate omnibus probris contaminatus, praecipuum in aula locum tenuit, Gaio per aurigandi, Claudio per aleae studium familiaris, sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem haec, tum peculiari merito, quod praesidens certamini Neroneo cupientem inter citharoedos contendere nec quamuis flagitantibus cunctis promittere audentem ideoque egressum theatro reuocauerat, quasi perseuerantis populi legatione suscepta, exorandumque praebuerat.

5 Trium itaque principum indulgentia non solum honoribus uerum et sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africae post haec curamque operum publicorum administrauit et uoluntate dispari et existimatione. In prouincia singularem innocentiam praestitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitisset; at in urbano officio dona atque ornamenta templorum subripuisse et commutasse quaedam ferebatur proque auro et argento stagnum et aurichalcum supposuisse.

---

5 **15** continuato] continuo *Baumgarten-Crusius* • **15/16** substitisset] substitutus esset **a** *AB* • **18** stagnum] stamnum G stannum Π *(a. corr.) recent.* • aurichalcum] aurochalcum *MGL*

pre con el sobrenombre de «spintria» y que se sospechara que la entrega de su cuerpo había sido el principio y la causa de la brillante carrera de su padre.

4 También en los años sucesivos, deshonrándose con toda clase de bajezas, obtuvo un lugar preeminente en la Corte; en efecto, se granjeó el favor de Gayo[1] por su pasión por conducir coches de carrera, de Claudio, por su afición al juego. Pero aún se hizo apreciar más por Nerón, tanto por las razones ya mencionadas como por un servicio especial que le prestó: Vitelio presidía los juegos Neronianos[2] y el Emperador deseaba ardientemente participar en el certamen de los citaredos, pero, aunque el público se lo pedía con insistencia, no se atrevía a inscribirse, por lo que se salió del teatro; entonces Vitelio le convenció para que regresara asegurándole que le hacía esta petición en nombre del pueblo que reclamaba su presencia, y de este modo le facilitó la oportunidad de dejarse convencer.

5 Por el favor, pues, de tres emperadores, no sólo alcanzó los más altos cargos políticos y sacerdotales, sino que obtuvo además el gobierno de la provincia de África y la Intendencia de las Obras Públicas, cargos que ejerció con desigual celo y reputación. En su provincia dio muestras de una singular integridad durante dos años, pues continuó en ella como legado de su hermano, que le sucedió en el cargo; en cambio, se dice que en las magistraturas que desempeñó en Roma sustrajo de los templos las ofrendas y ornamentos de oro y plata y los sustituyó por otros de cobre y estaño.

---

1 Calígula.
2 Cf. Ner., 12, 3 y 21, 1.

6 Vxorem habuit Petroniam consularis uiri filiam et ex ea filium Petronianum captum altero oculo. Hunc heredem a matre sub condicione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit breuique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii et quasi paratum ad scelus uenenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam praetorio patre ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.

7 A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem missus est. Adiutum putant T. Vini suffragio, tunc potentissimi et cui iam pridem per communem factionis Venetae fauorem conciliatus esset; nisi quod Galba prae se tulit nullos minus metuendos quam qui de solo uictu cogitarent, ac posse prouincialibus copiis profundam gulam eius expleri, ut cuiuis euidens sit contemptu magis quam
2 gratia electum. Satis constat exituro uiaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio caenaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret utque ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impensas. Creditorum quidem praestolantium ac detinentium turbam et in iis Sinuessanos Formianosque, quorum publica uectigalia interuerterat, non nisi terrore calumniae amouit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam,

---

6 **5** hausisset] hausit **a** *AB* habuisse Π • **6** Galeriam] Galerianam **b**
7 **10** Vini *L Torrentius (cf. Galba 14, 2)* **:** iuni *uel* iunii *rell. codd.* • **11** factionis Venetae] factionisuae *L inde* factionis suae (sue) *POSTAB et recent.* • **17/18** ablocaret] ablocarit *Bentley* oblocaret *Sabellicus (cf. Caes. 26)* • **18** pignerauerit] pigneraret *N*

Casó con Petronia, hija de un ex cónsul, y tuvo de ella un hijo, 6
Petroniano, ciego de un ojo. La madre le instituyó heredero, pero a condición de que fuera liberado de la patria potestad; por este motivo Vitelio le manumitió y al poco tiempo — este rumor se propaló de boca en boca — se desembarazó de él asesinándole y, por si fuese poco, le acusó de parricidio, afirmando que, impulsado por los remordimientos, había ingerido el veneno preparado para envenenarle. Casó luego con Galeria Fundana, hija de un ex pretor, y tuvo también de ella un hijo y una hija, pero el primero tartamudeaba tanto, que era casi mudo e incapaz de hablar.

Galba, sorprendiendo a todos con este nombramiento, le envió 7
a la Germania inferior. Algunos creen que contó con el apoyo de T. Vinio,[1] entonces muy influyente y cuya protección hacía ya tiempo que se había granjeado por ser ambos partidarios acérrimos de los azules; [2] no obstante el hecho de que Galba afirmara en público que los hombres menos peligrosos son los que sólo piensan en comer y que con los abundantes recursos de la provincia podrían satisfacer su insaciable gula, resultó claro a todo el mundo que el desprecio más que el favor había inspirado aquel nombramiento. Es cosa sabida que, al ir a ponerse en camino, no disponía 2
del dinero necesario para el viaje; tan apurada era su situación económica, que trasladó a su mujer e hijos, que dejó en Roma, a una buhardilla de alquiler y arrendó su casa por el resto del año, y arrancó de los pendientes de su madre una perla y la empeñó para hacer frente a los gastos del viaje. Sólo con la amenaza de una falsa acusación consiguió liberarse de sus acreedores, entre ellos los habitantes de Sinuesa y de Formia, cuyos tributos se había embolsado, pues habían acudido en masa para esperarle e impedir su marcha. Igual procedimiento había adoptado con un liberto que

1 Cf. Galba, 14, 2.
2 Uno de los partidos del Circo; Cf. Calíg., 55, 2.

quasi calce ab eo percussus, intendisset nec aliter quam extortis
3 quinquaginta sestertiis remisisset. Aduenientem male animatus erga principem exercitus pronusque ad res nouas libens ac supinis manibus excepit, uelut dono deum oblatum, ter consulis filium, aetate integra, facili ac prodigo animo. Quam ueterem de se persuasionem Vitellius recentibus etiam experimentis auxerat, tota uia caligatorum quoque militum obuios exosculans perque stabula ac deuersoria mulionibus ac uiatoribus praeter modum comis, ut mane singulos «iamne iantassent» sciscitaretur seque fecisse ructu quoque ostenderet.

8 Castra uero ingressus nihil cuiquam poscenti negauit atque etiam ultro ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia dempsit. Quare uixdum mense transacto, neque diei neque temporis ratione habita, ac iam uespere, subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in ueste domestica, imperator est consalutatus circumlatusque per celeberrimos uicos, strictum Diui Iulii gladium

---

8 **13** dempsit] depressit *Q* remisit *Bentley*

con excesiva insistencia le reclamaba una deuda; en efecto, presentó contra él una acusación por injuria, alegando que le había dado un puntapié, y no se avino a retirar la demanda hasta que le hubo sacado cincuenta mil sestercios. A su llegada, el ejército, 3
que estaba ya mal dispuesto contra el Emperador e inclinado a la sedición, le recibió con entusiasmo y con las manos vueltas hacia arriba[1] como si fuera un presente que les lloviera del cielo; pues no en vano era hijo de un hombre que había sido tres veces cónsul, se hallaba en los mejores años de su vida[2] y era de ánimo liberal y pródigo. Y esta opinión que ya de tiempo tenían de él, Vitelio la había acrecentado con nuevas pruebas de benignidad; pues, durante todo su viaje, besaba incluso a los soldados rasos con que se encontraba, y en las caballerizas y posadas se mostraba en extremo amable con los mozos de mulas y viajeros, hasta el punto de que por las mañanas preguntaba a todos si ya habían desayunado y eructaba para demostrar que él ya lo había hecho.

Entrado que hubo en los cuarteles,[3] no rehusó nunca ninguna 8
merced a nadie, e incluso por propia iniciativa eximió a los degradados de las notas infamantes, a los acusados de los vestidos de luto, y a los convictos de las sanciones. Por ello, apenas había transcurrido un mes cuando los soldados, sin tener para nada en cuenta ni el día ni la hora — empezaba ya a anochecer —, le sacaron súbitamente de su alcoba, y tal como estaba, con la indumentaria de estar por casa, le saludaron con el título de «Emperador» y le pasearon por los distritos más poblados. Vitelio sostenía en su mano la espada desenvainada del divino Julio, que un soldado

---

1 Era la actitud que se adoptaba para dar las gracias a los dioses.

2 Vitelio tenía entonces treinta y siete años.

3 Vitelio, como comandante en jefe que era de los ejércitos del Rhin, fue a inspeccionar los campamentos de invierno emplazados en Bonn, Neuss y Xanten.

tenens detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrectum sibi a quodam. Nec ante in praetorium rediit quam flagrante triclinio ex conceptu camini, cum quidem consternatis et quasi omine aduerso anxiis omnibus: «Bono», inquit, «animo estote! nobis adluxit», nullo sermone alio apud milites usus. Consentiente deinde etiam superioris prouinciae exercitu, qui prior a Galba ad senatum defecerat, cognomen Germanici delatum ab uniuersis cupide recepit, Augusti distulit, Caesaris in perpetuum recusauit.

9 Ac subinde caede Galbae adnuntiata, compositis Germanicis rebus, partitus est copias, quas aduersus Othonem praemitteret quasque ipse perduceret. Praemisso agmine laetum euenit auspicium, siquidem a parte dextra repente aquila aduolauit lustratisque signis ingressos uiam sensim antecessit. At contra ipso mouente statuae equestres, cum plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt, et laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit; mox Viennae pro tribunali iura reddenti gallinaceus supra umerum ac deinde in capite astitit.

---

6 prior] prius **b**

9 **11** agmine] agmini *ed. Basil. 1533* • **12** lustratisque *recentiores, ed. pr. Rom. II* : lustrauitque *cett.*

había sacado del templo de Marte y le había ofrecido cuando le aclamaron por primera vez como Emperador. De regreso al pre- 2
torio[1] lo primero que vieron fue que su comedor era pasto de las llamas, las cuales se habían propagado de una chimenea que habían dejado encendida. Este espectáculo les llenó de inquietud y ansiedad, pues lo interpretaron todos como un augurio funesto, pero Vitelio dijo: «No os desaniméis, brilla para nosotros.» Éstas fueron las únicas palabras que dirigió a la tropa. Cuando se les sumó luego el ejército de la Alta Germania, que ya antes había negado la obediencia a Galba y se había pasado al Senado, aceptó jubiloso el cognomen de Germánico que todos le ofrecían, difirió para más adelante el de Augusto y rehusó para siempre el de César.

A los pocos días le llegó la noticia del asesinato de Galba;[2] 9
entonces, después de haber puesto en orden los asuntos de Germania, dividió sus huestes en dos grupos, uno para marchar en seguida contra Otón, otro para conducirlo él personalmente. Al ponerse en camino el ejército que debía ir en vanguardia, sobrevino un augurio favorable: un águila apareció de improviso por la derecha y, después de haber revoloteado en derredor de los estandartes, precedió a poca distancia a la columna en marcha. Por el contrario, cuando Vitelio se puso en camino, las estatuas ecuestres, que en su honor se habían erigido en muchos sitios, se vinieron abajo todas a la vez por habérseles roto las piernas, y se le cayó en un arroyo la corona de laurel que con gran unción había ceñido en torno a su cabeza. Poco después, en Viena,[3] mientras desde lo alto de su tribunal administraba justicia, un gallo se posó sobre su hombro y después sobre su cabeza. Los hechos confirma-

---

1 Tienda del general. Se hallaba entonces en Colonia en donde tenía su cuartel general.

2 Cf. Galba, 19 y ss.

3 En la actualidad Vienne, ciudad situada a la orilla del Ródano.

Quibus ostentis par respondit exitus; nam confirmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit.

10 De Betriacensi uictoria et Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit nihilque cunctatus, quidquid praetorianarum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctorauit edicto iussas tribunis tradere arma. Centum autem atque uiginti, quorum libellos Othoni datos inuenerat exposcentium praemium ob editam in caede Galbae operam, conquiri et supplicio adfici imperauit, egregie prorsus atque magnifice et ut summi principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex natura et priore uita sua quam ex imperii
2 maiestate gessisset. Namque itinere incohato per medias ciuitates ritu triumphantium uectus est perque flumina delicatissimis nauigiis et uariarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos obsoniorum apparatus, nulla familiae aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in iocum uertens, qui non contenti epulo ubique publice praebito, quoscumque libuisset in libertatem asserebant, uerbera et plagas, saepe uulnera, nonnumquam necem
3 repraesentantes aduersantibus. Vtque campos, in quibus pugnatum est, adit, abhorrentis quosdam cadauerum tabem detestabili uoce confirmare ausus est, optime olere occisum hostem et melius ciuem. Nec eo setius ad leniendam grauitatem odoris plurimum meri

---

10 **5** iussas] iusas *M* iussa *PΠ²R* • **7** praemium] praemia *uulg. ed. Mediol. 1475 Bonon. 1488* • **13** uariarum] uario *N Bentley* • **20** et] at *Ernesti* set *G. Becker*

ron estos presagios pues, si bien sus lugartenientes le consiguieron el poder, él no fue capaz de conservarlo por sus propios recursos.

10 Le llegó la noticia de la victoria de Bedriaco[1] y de la muerte de Otón cuando todavía se hallaba en la Galia y, sin vacilar un momento, licenció con un solo edicto todas las cohortes pretorianas por el mal ejemplo que habían dado[2] y les ordenó que entregaran las armas a sus oficiales. Más aún, hizo buscar y ejecutar a ciento veinte cuyas instancias dirigidas a Otón, reclamando un premio por su participación en el asesinato de Galba, habían caído en su poder, rasgo evidentemente egregio y magnífico, capaz de infundir la esperanza de que sería un excelente emperador, si sus restantes medidas de gobierno no hubiesen estado más en armonía con su manera de ser y con sus hábitos congénitos que con la majestad del imperio. En efecto, iniciado que hubo su viaje, 2 cruzaba las ciudades en carroza, a manera de los generales con honores de triunfo, atravesaba los ríos en navíos fastuosísimos, engalanados con guirnaldas de todas clases, se amontonaban a su paso ingentes cantidades de viandas, y todo ello en medio de la más completa indisciplina de las personas de su séquito y de sus soldados, cuyos robos y desmanes tomaba a risa. Éstos, no contentos con la comida que en todas partes les ofrecían gratuitamente, declaraban libres a quienes se les antojaba y, si alguien intentaba oponerles resistencia, le apaleaban y azotaban en el acto, a menudo le herían y, a veces, incluso acababan con él. Cuando Vitelio 3 llegó a los campos en que se había librado la batalla, como quiera que algunos no podían soportar el hedor de los cadáveres, osó darles ánimo con estas execrables palabras: «Un enemigo muerto huele a rosas, y más aún si es un conciudadano.» No obstante,

---

1 Cf. Otón, 9, 2.

2 Habían, en efecto, traicionado a Galba y proclamado Emperador a Otón.

propalam hausit passimque diuisit. Pari uanitate atque insolentia lapidem memoriae Othonis inscriptum intuens dignum eo Mausoleo ait, pugionemque, quo is se occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. In Appennini quidem iugis etiam peruigilium egit.

11 Vrbem denique ad classicum introiit paludatus ferroque succinctus, inter signa atque uexilla, sagulatis comitibus ac detectis
2 commilitonum armis. Magis deinde ac magis omni diuino humanoque iure neglecto, Alliensi die pontificatum maximum cepit, comitia in decem annos ordinauit seque perpetuum consulem. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendae rei p. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit ac sollemni conuiuio citharoedum placentem palam admonuit ut aliquid et de dominico diceret, incohantique Neroniana cantica primus exultans etiam plausit.

---

11 13 ac] ac ne *M* • 14 dominico] domitio **a** *NAB* domino Π^{a}

como remedio contra aquella fetidez insoportable, se echó al coleto un abundante trago de vino a la vista de todos e hizo servir una ronda a todos los presentes. Dio muestras de igual vanidad e insolencia cuando a la vista de una lápida con una inscripción[1] en honor de Otón exclamó: "Éste es el mausoleo que se mereció»; mandó a Colonia,[2] para que fuera ofrecido como un exvoto a Marte, el puñal con que Otón se había dado la muerte. En las mismas cimas del Apenino celebró una fiesta nocturna.

11 Finalmente entró en Roma al son de los clarines, cubierto con el manto de los generales, la espada al cinto, rodeado de las banderas y estandartes, y acompañado de su estado mayor que vestía el capote de viaje y de sus soldados con las espadas desenvainadas. Movido por el desprecio, cada día más acentuado, por todas 2 las leyes divinas y humanas, asumió el pontificado máximo en el aniversario de la derrota de Alia,[3] celebró elecciones para los próximos diez años y se proclamó a sí mismo cónsul a perpetuidad. Y para que a nadie le cupiera duda sobre el modelo que había escogido para el gobierno de la cosa pública, ofreció en el Campo de Marte un sacrificio a los manes de Nerón y obligó a que asistiera al mismo una nutrida representación de sacerdotes públicos, y en un solemne banquete pidió a un citaredo muy en boga en aquel entonces que cantara también alguna composición del libro del Señor,[4] y cuando aquél entonó las coplas de Nerón fue el primero en aplaudir lleno de entusiasmo.

---

1 Esta lápida decía escuetamente: «A los manes de Marco Otón.»

2 Literalmente: «a la colonia de Agripina», pues éste era el nombre con que era designada la ciudad de Colonia.

3 Pequeño afluente del Tíber junto al cual los galos infligieron una sangrienta derrota a los romanos en el 387 a. J.C.

4 Con el nombre de *Dominicus (liber)* («Libro del Señor») se designaba una antología de poemas de Nerón; Cf. Ner., 21, 2.

12 Talibus principiis magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio uilissimi cuiusque histrionum et aurigarum administrauit et maxime Asiatici liberti. Hunc adulescentulum mutua libidine constupratum, mox taedio profugum cum Puteolis poscam uendentem reprehendisset, coiecit in compedes statimque soluit et rursus in deliciis habuit; iterum deinde ob nimiam contumaciam et furacitatem grauatus circumforano lanistae uendidit dilatumque ad finem muneris repente subripuit et prouincia demum accepta manumisit ac primo imperii de auris donauit anulis super cenam, cum mane rogantibus pro eo cunctis detestatus esset seuerissime talem equestris ordinis maculam.

13 Sed uel praecipue luxuriae saeuitiaeque deditus epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in iantacula et prandia et cenas comissationesque, facile omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis milibus nummum constite-
2 runt. Famosissima super ceteras fuit cena data ei aduenticia a fratre, in qua duo milia lectissimorum piscium, septem auium apposita traduntur. Hanc quoque exuperauit ipse dedicatione

---

12 **5** soluit *ed. Basil. 1533* : coluit *omnes codd.* • **6/7** furacitatem] ferocitatem **a** *AB* • **7** circumforano] circumforaneo *recent.* • dilatumque] delatumque **b**

13 **13** in *omisit* **a** *A* • iantacula *MGQ* : gentacula *HPA* ientacula *cett.*

Habiendo así iniciado su reinado, ejerció la mayor parte de sus **12**
funciones como gobernante de acuerdo con los consejos y caprichos de los más viles histriones y aurigas y, en particular, del liberto Asiático. Éste, en sus primeros años de adolescente, había mantenido trato carnal con Vitelio cediendo a su mutua pasión; luego, hastiado, había huido a Puteolos[1] en donde le halló Vitelio vendiendo agua avinagrada; ordenó al punto que le pusieran los grilletes, pero pronto le dejó en libertad y volvió a hacer de él su mancebo de placer; luego, molesto a su vez Vitelio por su petulancia y sus hurtos, lo vendió a un lanista ambulante, pero se lo arrebató súbitamente cuando iba a presentarse en la arena al final de un espectáculo y, finalmente, al hacerse cargo del gobierno de su provincia, lo manumitió. El primer día de su reinado le obsequió de sobremesa con los anillos de oro,[2] a pesar de que por la mañana todos los presentes se lo habían pedido y él se había negado obstinadamente a inferir semejante oprobio al estamento ecuestre.

No obstante, sus vicios más graves eran la gula y la crueldad: **13**
comía tres veces al día, en determinadas ocasiones cuatro, o sea, tomaba desayuno, almuerzo, cena y sobrecena, y hacía en todas estas colaciones buen papel gracias a su costumbre de vomitar. Además se hacía invitar y asistía en un mismo día a varios convites en casas diferentes, y a nadie le salían estos banquetes a menos de cuatrocientos mil sestercios. La más famosa de estas comidas fue 2
la que le ofreció su hermano para celebrar su llegada; se cuenta que en ella se sirvieron dos mil pescados escogidísimos y siete mil aves. Pero el propio Vitelio superó la fastuosidad de esta comida cuando estrenó una bandeja a la que por sus enormes dimensiones

---

1 Hoy Pozzuoli, en las cercanías de Nápoles.

2 En otras palabras, le hizo caballero; pues los anillos de oro eran el distintivo de este estamento.

patinae, quam ob immensam magnitudinem clipeum Mineruae πολιούχου dictitabat. In hac scarorum iocinera, phasianarum et pauonum cerebella, linguas phoenicopterum, murenarum lactes a Parthia usque fretoque Hispanico per nauarchos ac triemes petita-
3 rum commiscuit. Vt autem homo non profundae modo sed intem- 5
pestiuae quoque ac sordidae gulae, ne in sacrificio quidem umquam aut itinere ullo temperauit, quin inter altaria ibidem statim uiscus et farra paene rapta e foco manderet circaque uiarum popinas fumantia obsonia uel pridiana atque semesa.

14 Pronus uero ad cuiuscumque et quacumque de causa necem 10
atque supplicium nobiles uiros, condiscipulos et aequales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii adlicefactos, uario genere fraudis occidit, etiam unum ueneno manu sua porrecto in aquae frigidae potione, quam is adfectus febre poposcerat.
2 Tum faeneratorum et stipulatorum publicanorumque, qui umquam 15
se aut Romae debitum aut in uia portorium flagitassent, uix ulli pepercit; ex quibus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum statimque reuocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram

---

2 πολιούχου *ed. Dom. II al.* : τονδυχου (τονα- **b** *T*) *codd.* • dictitabat] dictabat *M* dictitabant *G* • scarorum] scarorum sacrorum *M* • phasianarum] fassianarum *uel* fasianarum *uel* fasianorum *codd.* • **3** pauonum] paonum *MG* • **4** nauarchos] nauarcos *MG* **a** *R* • **8** farra paene *nonnulli recent.* : farris paene *codd. plerique* farris frustra paene *alii recent.* farris grana paene *Oudendorpius* farcimina paene *Bentley* liba farris paene *Roth* farris panes *G. Becker* farris panes paene *Ailloud*

14 **12** tantum non] tantum *M* • **15** tum **ab** *AB* : tam *MG* iam *Salmasius (cf. Caes. 27)*

llamaba siempre «el escudo[1] de Minerva, protectora de la ciudad». Hizo que se mezclaran en ella hígados de escaros, sesos de faisanes y de pavos, lenguas de flamencos e intestinos de murenas, manjares todos ellos que había encargado que le trajeran sus capitanes de navíos y sus trirremes desde el país de los partos hasta el estrecho de Cádiz. Mas, como era un hombre de una gula no sólo 3
insaciable sino también pronta siempre a cualquier hora del día, ansioso incluso de los manjares más bastos, no supo dominarse nunca ni siquiera cuando ofrecía sacrificios o estaba de viaje, hasta el extremo de que arrebataba las viandas y las tortas de espelta del fuego y las engullía allí mismo entre los altares y, cuando iba de viaje y pasaba cerca de las posadas, devoraba también las viandas humeantes, incluso cuando eran del día anterior y estaban ya a medio comer.

Propenso a dictar sentencias de muerte y tortura contra cual- **14**
quiera y por cualquier causa, acabó, valiéndose de toda clase de engaños, con ciudadanos insignes, condiscípulos y hombres de su misma edad a los que, primero, colmándoles de halagos, había hecho concebir la esperanza de que estaba a punto de asociarles al poder; incluso a uno le ofreció con su propia mano el veneno en un vaso de agua fría que el infortunado, acosado por la sed, había pedido. Perdonó la vida a contados prestamistas, acreedores 2
y arrendadores de contribuciones que en alguna ocasión le hubiesen reclamado el pago de sus deudas en Roma o, estando de viaje, los derechos de peaje; a uno de éstos lo entregó para que lo ejecutaran en el mismo momento en que fue a ofrecerle sus respetos, pero en seguida dispuso que lo trajeran de nuevo a su presencia y, cuando todos se deshacían en elogios por su clemencia, dio la

[1] Según Dión Casio (65, 3) esta bandeja era de plata; en cambio, según Plinio (Nat. Hist., 35, 163), era de cerámica y tan grande que fue necesario construir un hogar adecuado para ella.

interfici iussit, uelle se dicens pascere oculos; alterius poenae duos
3 filios adiecit deprecari pro patre conatos. Sed et equitem R. proclamantem, cum raperetur ad poenam: «Heres meus es», exhibere testamenti tabulas coegit, utque legit coheredem sibi libertum eius ascriptum, iugulari cum liberto imperauit. Quosdam et de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni clare male dixerant, interemit,
4 contemptu sui et noua spe id ausos opinatus. Nullis tamen infensior quam uernaculis et mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat, exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat intra Kal. Oct. urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus propositus est, et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Calendarum diem usquam es-
5 set. Suspectus et in morte matris fuit, quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset, uaticinante Chatta muliere, cui uelut oraculo adquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset. Alii tradunt ipsam taedio praesentium et

---

4 utque] utique *M* ubique *Salmasius* • **7** opinatus] obstinatus (obti- *R*) *M* **b** obstinatosque *G* • **8** uernaculis] diuinaculis *Turnebus* genethliacis *Madvig* • et mathematicis] mathematicis *Sabellicus* • **11** propositus] positus **b** • dicere] edicere *Ursinus* • factum] fatum **b** *LSB* • **14** Chatta] Chattha *M (a. corr.) G* Cattha M^2 catha **b** cata **a** • **16** Alii **a** *NAB* : et alii *M* **b** sed alii *G* at alii *Burmannus*

orden de matarle allí mismo afirmando que quería deleitar sus ojos; a dos hijos que tuvieron la osadía de implorar clemencia para su padre les condenó a la misma pena. Más aún, en una ocasión 3
en que los soldados se llevaban por la fuerza a un caballero romano para ejecutarlo y éste dando grandes voces exclamó: «Te he instituido mi heredero», Vitelio ordenó al punto que le mostrara el testamento y, cuando leyó que un liberto de aquél figuraba como heredero, dispuso que lo degollaran junto con el liberto. Dictó también la última pena contra algunos hombres de la plebe por el solo delito de haber despotricado en voz alta contra el equipo de los azules,[1] juzgando que se habían atrevido a tanto movidos por el desprecio que sentían hacia él y por la esperanza de un golpe de estado. Sin embargo no se mostró con nadie tan inexorable 4
como con los bufones y astrólogos; bastaba una simple denuncia para que en seguida los sancionara con la última pena sin permitirles defenderse, exacerbado porque, a raíz de un edicto por el que disponía que los astrólogos debían abandonar Roma e Italia antes de las kalendas de octubre,[2] apareció fijado en las paredes el siguiente pasquín: «También los astrólogos decretan en bien del Estado que Vitelio Germánico no se halle en ninguna parte en el citado día de las kalendas.» Se sospecha también que tuvo que ver 5
con la muerte de su madre, pues se afirma que prohibió, hallándose enferma, que le diesen de comer, movido por el vaticinio de una mujer[3] del país de los catos en quien creía como si fuese un oráculo. Esta mujer había pronosticado que su reinado sería duradero y estable si sobrevivía a la muerte de sus padres. Aseguran otros que ella misma, por el disgusto que le inspiraba la situación presente y por el miedo que sentía por el futuro, había pedido el

1 Cf. Calíg., 55, 2.

2 El primero de octubre.

3 Vitelio se la había traído consigo de regreso de Germania; Cf. TÁCIT., Germ., 8.

imminentium metu uenenum a filio impetrasse, haud sane difficulter.

15 Octauo imperii mense desciuerunt ab eo exercitus Moesiarum atque Pannoniae, item ex transmarinis Iudaicus et Syriaticus, ac pars in absentis pars in praesentis Vespasiani uerba iurarunt. Ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac fauorem nihil non publice priuatimque nullo adhibito modo largitus est. Dilectum quoque ea condicione in urbe egit, ut uoluntariis non modo missionem post uictoriam, sed etiam ueteranorum iustaeque militiae commoda polliceretur. Vrgenti deinde terra marique hosti hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit, hinc Betriacenses copias et duces; atque ubique aut superatus aut proditus salutem sibi et milies sestertium a Flauio Sabino Vespasiani fratre pepigit; statimque pro gradibus Palati apud frequentes milites cedere se imperio quod inuitus recepisset professus, cunctis reclamantibus rem distulit ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit ad rostra multisque cum lacrimis eadem illa, uerum e libello testatus est. Rursus interpellante milite ac populo

---

15 12 hinc] hinc et **b** • 15 professus] professis *M (a. corr.)* est professus *G* • 16 reclamantibus *S* : declamantibus *rell. codd.*

veneno a su hijo y que éste se lo había suministrado sin hacerse rogar demasiado.

15 En el octavo mes[1] de su reinado se levantaron en armas contra él los ejércitos de Mesia y de Panonia, así como también, al otro lado del mar, los de Judea y de Siria. Todos ellos prestaron juramento de fidelidad a Vespasiano, los unos a él personalmente, los otros a sus lugartenientes. En esta circunstancia, Vitelio, para asegurarse la adhesión y la simpatía de los súbditos restantes empezó a distribuir mercedes públicas y privadas sin ton ni son. Ordenó asimismo una leva en Roma, prometiendo a los voluntarios no sólo el retiro después de la victoria sino también todos los privilegios que se conceden a los veteranos y a los que han cumplido los años reglamentarios de servicio. Para hacer frente al enemigo que le 2
acosaba por mar y por tierra, le opuso por una parte a su hermano[2] con una escuadra, con los reclutas y con un cuerpo de gladiadores, por otra parte a los generales[3] y a las tropas que habían combatido en Bedriaco. Pero, vencido y derrotado en todos los frentes, llegó a un acuerdo con Flavio Sabino, hermano de Vespasiano, por el cual se le garantizaba la vida y cien millones de sestercios. Sin demora, desde lo alto de las gradas de Palacio declaró ante los soldados, que en gran número habían acudido a oírle, que renunciaba al poder que sólo a disgusto había aceptado, mas ante la cerrada oposición con que se encontró, difirió la abdicación; pero, transcurrida la noche, al hacerse de día, subió a la tribuna de los oradores y con hábito de luto y con muchas lágrimas ratificó su decisión, pero esta vez leyéndola de un escrito. De nuevo 3
los soldados y la plebe no le dejaron terminar y le exhortaron a

---

1 En agosto del 69.

2 Lucio Vitelio. Fue cónsul con su hermano en el 48 y le sucedió en el gobierno de África.

3 Aulo Cecina y Fabio Valente; Cf. Otón, 9, 2.

et ne deficeret hortante omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumpsit Sabinumque et reliquos Flauianos nihil iam metuentis ui subita in Capitolium compulit succensoque templo Iouis Optimi Maximi oppressit, cum et proelium et incendium e Tiberiana prospiceret domo inter epulas. Non multo post paenitens facti et in alios culpam conferens, uocata contione iurauit coegit-
4 que iurare et ceteros nihil sibi antiquius quiete publica fore. Tunc solutum a latere pugionem consuli primum, deinde illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in aede Concordiae positurus abscessit. Sed quibusdam adclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit nec solum retinere se ferrum affirmauit, uerum etiam Concordiae recipere cognomen.

16 Suasitque senatui, ut legatos cum uirginibus Vestalibus mitterent pacem aut certe tempus ad consultandum petituros. Postridie responsa opperienti nuntiatum est per exploratorem hostes appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitibus, pistore et coco, Auentinum et paternam domum clam petit, ut inde in Campaniam fugeret; mox leui rumore et incerto,

---

3 ui subita] ui subdita *G* sui (ui *S*, in *T*) subito **a** • **7** et ceteros] ceteros *G* **b**
16 **16** hostes] hostem ΠQ *uulgo* • **19** petit] petiit **b** • ut inde] unde Π *(a. corr.)* *Q*

que no se desanimara prometiéndole a porfía su ayuda, con lo cual cobró nuevos ánimos y, lanzándose inesperadamente al ataque, obligó a Sabino[1] y a los otros partidarios de Vespasiano, que se creían ya fuera de peligro, a refugiarse en el Capitolio, y, después de incendiar el templo de Júpiter Óptimo Máximo, los pasó a cuchillo. Entre tanto, contemplaba de lejos, desde el palacio[2] de Tiberio, la batalla y el incendio regocijándose con un banquete. Poco después, arrepentido de lo acaecido y queriendo endosar la responsabilidad a otros, convocó al pueblo, y juró él e hizo jurar a los demás que a nada concederían más importancia que a la paz pública. Luego, desprendiéndose del puñal que pendía de su costado, lo ofreció primero al cónsul, después, ante la negativa de éste, a los magistrados y, finalmente, a todos los senadores, uno por uno; pero como nadie lo quería se marchó con la intención de depositarlo en el templo de la Concordia. Mas, como algunos se pusieron a gritar: «Tú, tú eres la Concordia», volvió sobre sus pasos y declaró que no sólo continuaría conservando en su poder el puñal sino que además adoptaría el sobrenombre de Concordia. 4

Luego propuso al Senado enviar legados, acompañados de las **16** vírgenes Vestales, para pedir la paz o por lo menos una tregua para discutir. Al día siguiente, mientras esperaba la respuesta a su proposición, un soldado de las avanzadillas le trajo la noticia de que los enemigos se acercaban. Corrió inmediatamente a ocultarse en el interior de una silla gestatoria sin otra compañía que su panadero y su cocinero, y se dirigió, procurando pasar desapercibido, a su casa paterna, en el Aventino, con el propósito de huir desde allí a Campania.[3] Luego, habiéndose propalado la especie,

---

1 Flavio Sabino, el ya citado hermano de Vespasiano.

2 Se hallaba situado detrás del palacio de Augusto, en la parte noroeste del monte Palatino.

3 Para reunirse con su hermano Lucio Vitelio que había conquistado la ciudad de Terracina.

tamquam pax impetrata esset, referri se in Palatium passus est. Vbi cum deserta omnia repperisset, dilabentibus et qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane lectoque et culcita obiectis.

17 Irruperant iam agminis antecessores ac nemine obuio rimabantur ut fit, singula. Ab his extractus e latebra, sciscitantes quis esset (nam ignorabatur) et ubi esse Vitellium sciret, mandacio elusit; deinde agnitus rogare non destitit, quasi quaedam de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim uel in carcere, donec religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, ueste discissa seminudus in forum tractus est inter magna rerum uerborumque ludibria per totum uiae Sacrae spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut
2 uisendam praeberet faciem neue summitteret; quibusdam stercore et caeno incessentibus, aliis incendiarium et patinarium uociferantibus, parte uulgi etiam corporis uitia exprobrante; erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex uinulentia, uenter obesus, alterum femur subdebile impulsu olim quadrigae, cum auriganti Gaio ministratorem exhiberet. Tandem apud Gemonias

---

2 simul erant] simulauerant *G* simul ierant *Bentley*

17 **7** et ubi esse Vitellium] ecubi esset Vitellius *Bentley* et ubi esset Vitellius num *Madvig* • **12** reducto] reducta **b** *N* erecto (*cf.* EVTROPIVS 7, 18, 5) • coma capite] coma a capite **b** a capite coma *N* • **13** noxii solent] noxiis solet *Casaubonus* • subrecto] subiecto *N et nonnulli recent.* • **17** uinulentia *M* : uinolentia *G* **ab** *N* • **19** ministratorem] ministratorem se *GPOST*

vaga y sin fundamento cierto, de que se había concertado la paz, consintió en que le trasladasen de nuevo a Palacio. Allí, al encontrarse con todas las habitaciones desiertas y con que incluso los que le habían acompañado ponían los pies en polvorosa, ciñó su cuerpo con una faja llena de monedas de oro y buscó refugio en la covacha del portero, pero no sin antes tomar la precaución de atar al perro delante de la puerta y atrancar ésta con una cama y un colchón.

Entretanto habían ya irrumpido las avanzadillas del ejército y, **17**
al no encontrar a nadie, escudriñaban, como sucede en tales casos, todos los rincones. Estas tropas le sacaron de su escondrijo y le preguntaron quién era (pues no le conocían) y si sabía dónde estaba Vitelio, pero éste logró burlarlos con una mentira; más tarde, al verse reconocido, les rogó que protegieran su vida, aunque fuese en una cárcel, pretextando que quería revelar algo que afectaba a la seguridad personal de Vespasiano. Por último le ataron las manos a la espalda, le echaron un lazo en el cuello, y así, rotos los vestidos y medio desnudo, lo arrastraron al Foro, prodigándole a lo largo de toda la Vía Sacra golpes y atroces insultos y obligándole a caminar con la cabeza inclinada hacia atrás, para lo cual le tiraban de los pelos, como se hace con los criminales, y a mantener el mentón levantado por la presión de la punta de un puñal, para que así mostrase su rostro a todos y no lo bajase. Unos le **2**
arrojaban estiércol y barro, otros le insultaban llamándole incendiario y glotón, parte de la plebe se mofaba de sus defectos físicos; su estatura era, en efecto, desmesurada, su rostro enrojecido por el abuso del vino, su vientre obeso, una de sus piernas algo enclenque como consecuencia del golpe que recibió de una cuádriga tiempo atrás, cuando prestaba sus servicios a Gayo en sus actua-

minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est et inde unco tractus in Tiberim.

18 Periit cum fratre et filio anno uitae septimo quinquagesimo; nec fefellit coiectura eorum qui augurio, quod factum ei Viennae ostendimus, non aliud portendi praedixerant quam uenturum in alicuius Gallicani homini potestatem, siquidem ab Antonio Primo aduersarum partium duce oppressus est, cui Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id ualet gallinacei rostrum.

ciones como auriga. Por último le laceraron cerca de las Gemonias [1] con repetidas y profundas puñaladas, le mataron y de allí le arrastraron con un garfio al Tíber.

18 Pereció con su hermano y su hijo a los 74 años de edad; y no se equivocaron los que, a propósito del presagio [2] acaecido en Viena y al que nos hemos referido, pronosticaron que caería en manos de un galo, porque acabó con él Antonio Primo, un jefe de las fuerzas enemigas, el cual, nacido en Tolosa,[3] en su pubertad era conocido con el nombre de «Becco»,[4] palabra que significa «pico de gallo».

1 Cf. Tib., 53, 3.

2 Cf. cap. 9.

3 Hoy Toulouse, al sur de Francia.

4 Subsiste con esta acepción el catalán «bec» y probablemente de ahí proceda el castellano «pico».

LIBER VIII-A

DIVVS VESPASIANVS



SINOPSIS

I. VESPASIANO ANTES DE ALCANZAR SU PODER

Origen modesto de la familia de Vespasiano (1). Lugar y fecha de nacimiento. Obtiene la laticlavia. Cargos políticos que desempeña (2). Casa y enviuda. Hijos. Campaña militar en Germania y Bretaña. Es nombrado gobernador de África. Cae en desgracia, pero luego es nombrado jefe del ejército de Oriente. Eficaz campaña militar contra los judíos (4). Presagios de su destino (5). Los ejércitos de Oriente le proclaman Emperador (6). Se traslada a Alejandría y envía sus huestes a Italia. Hechos prodigiosos que consolidan su autoridad (7).

II. VESPASIANO EMPERADOR

Prudentes medidas de gobierno para restablecer el orden y la autoridad (8). Obras públicas (9). Reformas judiciales (10). Medidas para sanear las costumbres (11). Su moderación y bondad (12). Trato benévolo a sus adversarios (13-15). Se le tacha injustamente de avaro (16). Sus liberalidades (17-19).

III. CARACTERÍSTICAS PERSONALES

Aspecto físico (20). Cómo distribuía las horas del día (21). Chistes y chanzas (22-23).

IV. ENFERMEDAD Y MUERTE

Sintiéndose indispuesto se retira a la región donde nació. Muere con entereza (24). Su confianza en los destinos de su familia.

DIVVS VESPASIANVS

1 Rebellione trium principum et caede incertum diu et quasi uagum imperium suscepit firmauitque tandem gens Flauia, obscura illa quidem ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen rei p. nequaquam paenitenda, constet licet Domitianum cupiditatis ac
2 saeuitiae merito poenas luisse. T. Flauius Petro, municeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarum partium centurio an euocatus, profugit ex Pharsalica acie domumque se contulit, ubi deinde uenia et missione impetrata coactiones argentarias factitauit. Huius filius, cognomine Sabinus, expers militiae (etsi quidam eum primipilarem, nonnulli, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam ualitudinis tradunt) publicum quadragesimae in Asia egit;

---

1 **6** Petro] petronius **b** *TB* • **7** centurio] centurio incertum sponte **a** *A* • **10** etsi] et **b** • **12** publicum] publicanum *Sabellicus*

VESPASIANO

El imperio, largo tiempo vacilante y, por así decir, a la deriva **1**
como consecuencia de los golpes de estado y la muerte violenta
de tres emperadores, lo asumió a la postre y lo consolidó la fami-
lia de los Flavios, oscura, ciertamente, y sin ningún antepasado
ilustre,[1] pero que se hizo acreedora del reconocimiento de todos,
aunque, como es sabido, Domiciano sufrió el merecido castigo por
su codicia y crueldad. Tito Flavio Petrón, del municipio de Reate,[2] 2
centurión o veterano voluntario[3] del ejército de Pompeyo durante
la guerra civil, logró escapar de la batalla de Farsalia y se refugió
en su ciudad natal, en donde, una vez obtenido el perdón y el reti-
ro, ejerció el cargo de recaudador de contribuciones. Su hijo, Sa-
bino [4] de sobrenombre, no sirvió en el ejército (aunque algunos afir-
man que alcanzó el grado de primipilo y otros que, cuando todavía
asumía el mando de una cohorte, fue dado de baja por motivos
de salud) desempeñó en Asia el cargo de exactor del impuesto del

---

1 La traducción literal de esta frase sería: «sin ningún retrato en cera de sus antepasados». En efecto, las familias que contaban con antepasados ilustres, que habían desempeñado cargos importantes, al morir éstos, les sacaban mascarillas de cera.

2 Población de la Sabina, hoy Rieti. En la época a que se refiere Suetonio no había alcanzado todavía la categoría de Municipio.

3 La palabra *evocatus* que figura en el texto latino se aplicaba a los veteranos que, cumplido ya su servicio, volvían a incorporarse a filas atendiendo al requerimiento de sus jefes militares.

4 El padre de Vespasiano.

manebantque imagines a ciuitatibus ei positae sub hoc titulo:
3 «Καλῶς τελωνήσαντι». Postea faenus apud Heluetios exercuit ibique diem obiit superstitibus uxore Vespasia Polla et duobus ex ea liberis, quorum maior Sabinus ad praefecturam urbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit. Polla Nursiae honesto genere orta patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum praefectumque castrorum, fratrem senatorem praetoriae dignitatis. Locus etiam ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Vespasiae, ubi Vespasiorum complura monumenta extant, magnum indicium splendoris familiae
4 et uetustatis. Non negauerim iactatum a quibusdam Petronis patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum, quae ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant; subsedisse autem in oppido Reatino uxore ibidem ducta. Ipse ne uestigium quidem de hoc, quamuis satis curiose inquirerem, inueni.

2 Vespasianus natus est in Sabinis ultra Reate uico modico, cui nomen est Phalacrinae, XV. Kal. Decb. uesperi, Q. Sulpicio Came-

---

1 manebantque] monebantque *Lipsius* manent hodieque *Casaubonus* • **2** Heluetios] eluetios *B* heluitios (heluiticos *G*) *codd.* • **8** etiam] etiam nunc **b** • **9** Vespasiae] uespassiae *M* uespasianae **b** • **11** Petronis] petroniis *M* **b**

2 **17** Sabinis *recentiores, Sabellicus* : samnis *omnes codd.* • **18** Phalacrinae *sic optimi codices sed fortasse legi debet* Falacrinae • uesperi *Q recent.* : uesperique *cett.*

dos y medio[1] por ciento. Se conservaron allí durante bastante tiempo las estatuas que varias ciudades habían erigido en su honor con la siguiente inscripción: «Al íntegro recaudador.» Más tarde 3
actuó como prestamista en el país de los helvecios, en donde le sorprendió la muerte, dejando esposa, Vespasia Pola, y dos hijos que tuvo de ella, de los cuales el mayor, Sabino, alcanzó el cargo de prefecto de Roma y el menor, Vespasiano, se elevó al trono imperial. Pola, nacida de una honorable familia de Nursia,[2] tuvo por padre a Vespasio Polión, tres veces tribuno militar y prefecto de los campamentos, y por hermano a un senador que había desempeñado la pretura. Existe todavía una localidad, aproximadamente en el sexto miliario del camino que va de Nursia a Espoleto,[3] la cual se levanta en la cumbre de una colina llamada Vespasia. Allí se conservan muchas obras públicas de los Vespasios, testimonio fehaciente del esplendor y antigüedad de la familia. No quiero 4
silenciar que algunos aseguran con insistencia que el padre de Petrón era oriundo de la región transpadana, y que se aplicaba a contratar a los obreros que todos los años emigran de Umbría al país de los sabinos para el cultivo de los campos, pero que terminó por fijar su residencia en Reate por haber contraído allí matrimonio con una mujer de aquella localidad. Por mi parte no he encontrado prueba alguna de tal aserto, a pesar de mis minuciosas pesquisas.

Vespasiano nació en la región sabina, más allá de Reate, en **2**
una pequeña aldea denominada Falacrina,[4] el 15 antes de las kalen-

---

1 Los impuestos de Aduana se elevaban en la Galia y Asia a la cuadragésima parte del valor de las mercancías, o sea, al 2,5 por 100. La rapacidad de los recaudadores de este impuesto se había hecho proverbial.

2 Hoy Norcia, aldea de la región sabina.

3 Hoy Spoleto, a unos 30 Km. de Nursia.

4 Aldea situada a unos 28 Km. al norte de Reate, junto a la Vía Saleria.

rino C. Poppaeo Sabino cons., quinquennio ante quam Augustus excederet; educatus sub paterna auia Tertulla in praediis Cosanis. Quare princeps quoque et locum incunabulorum assidue frequentauit, manente uilla qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret; et auiae memoriam tanto opere dilexit, ut sollemnibus ac festis diebus pocillo quoque eius argenteo potare
2 perseuerauerit. Sumpta uirili toga latum clauum, quanquam fratre adepto, diu auersatus est, nec ut tandem appeteret compelli nisi a matre potuit. Ea demum extudit magis conuicio quam precibus uel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem
3 fratris appellat. Tribunatum militum in Thracia meruit; quaestor Cretam et Cyrenas prouinciam sorte cepit; aedilitatis ac mox praeturae candidatus, illam non sine repulsa sextoque uix adeptus est loco, hanc prima statim petitione et in primis. Praetor infensum

---

3 incunabulorum] incunabulo. R. *MR* cunabulorum ΠQ *et sic etiam suprascripsit R* • **4** fuerat] fuerit *LPSRA* • **13** illam *Torrentius*] etiam *omnes codd.* eam *Pighius* sed eam *uel* et eam *uel* et illam *alii editores* • sextoque — loco] sextoque loco uix adeptus est **b** • **14** hanc *Bentley* : ac *codd.* • infensum *Lipsius* : infensus *M* **a** Π^2*RAB* infensos G Π *(a. corr.)* Q

das de diciembre,[1] siendo cónsules Q. Sulpicio Camerino y G. Popeo Sabino, cinco años antes de la muerte de Augusto. Se crió en casa de su abuela paterna Tertula en una hacienda que ésta poseía en Cosa.[2] Por esto, incluso cuando fue emperador, visitaba con frecuencia aquel lugar, donde había transcurrido su primera infancia, y no permitió que se introdujera modificación alguna en la casa de campo con el evidente propósito de que sus ojos no echaran de menos nada de lo que estaban acostumbrados a ver. Conservó un recuerdo tan entrañable de su abuela que, en los días festivos o en los que se celebraba algún acontecimiento familiar, continuó usando para beber la misma pequeña copa de plata que ella empleaba. Vestido que hubo la toga viril,[3] se negó durante 2
mucho tiempo a solicitar la laticlavia,[4] por más que su hermano la había ya obtenido, y sólo a duras penas su madre logró convencerle para que a la postre la solicitara, más zahiriéndole con burlas que con ruegos y con el ejercicio de su autoridad, pues para afrentarle le llamaba continuamente el lacayo de su hermano. Sirvió 3
como tribuno militar en Tracia, como cuestor obtuvo por sorteo las provincias de Creta y Cirene. Candidato para la edilidad y luego para la pretura, obtuvo aquélla con grandes dificultades, la segunda vez que se presentó y con el sexto lugar;[5] en cambio, alcanzó la pretura[6] la primera vez que la solicitó y entre los pri-

1 El 17 de noviembre del año 9 a. J.C.

2 Puerto de mar en Etruria.

3 Generalmente se vestía a los dieciséis años de edad.

4 La laticlavia era una toga con una ancha franja de púrpura. Indicaba que el que la llevaba pertenecía al estamento senatorial y que, por tanto, podía aspirar a las magistraturas más importantes. Vestían la laticlavia los hijos de los senadores por derecho propio, pero los emperadores podían también otorgarla, como una merced, a los hijos de personajes conspicuos y adinerados. En este caso, el Emperador a quien Vespasia debía solicitar esta merced era Tiberio.

5 Sólo se elegían seis ediles; le correspondió, por tanto, el último puesto.

6 Parece que fue nombrado edil el año 38 a. J.C. y pretor en el 33.

senatui Gaium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios pro uictoria eius Germanica depoposcit poenaeque coniuratorum addendum censuit, ut insepulti proicerentur. Egit et gratias ei apud amplissimum ordinem, quod se honore cenae dignatus esset.

3 Inter haec Flauiam Domitillam duxit uxorem, Statili Capellae equitis R. Sabratensis ex Africa delicatam olim Latinaeque condicionis, sed mox ingenuam et ciuem Rom. reciperatorio iudicio pronuntiatam, patre asserente Flauio Liberale Ferenti genito nec quicquam amplius quam quaestorio scriba. Ex hac liberos tulit Titum et Domitianum et Domitillam. Vxori ac filiae superstes fuit atque utramque adhuc priuatus amisit. Post uxoris excessum Caenidem, Antoniae libertam et a manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco.

---

3 7 delicatam *M (a. corr.)* : deligatam M^2LTAB delegatam *cett. codd.*

meros. En el ejercicio de este cargo, para congraciarse como fuera con Gayo,[1] que se llevaba muy mal con el Senado,[2] pidió con mucha insistencia juegos extraordinarios para celebrar la victoria del Emperador sobre los germanos [3] y propuso agravar la pena de los conjurados [4] arrojando sus cadáveres sin darles sepultura. Le dio también solemnemente las gracias en presencia del Senado por el honor que le había dispensado invitándole a comer.

3 Mientras tanto [5] casó con Flavia Domitila que había sido la concubina de Estatilio Capela, caballero romano natural de Sabrata,[6] en África, latina de condición, pero más tarde declarada libre y de ciudadanía romana en virtud de un juicio de reivindicación promovido a instancias de su padre Flavio Liberal,[7] nacido en Ferento y sin más títulos que el de escribano de cuestor. Tuvo de ella tres hijos, Tito, Domiciano y Domitila.[8] Sobrevivió a su mujer y a su hija cuya muerte acaeció cuando era todavía un simple ciudadano. A la muerte de su mujer, acogió de nuevo en su casa a su antigua amante Cenis, liberta y secretaria de Antonia,[9] e incluso cuando fue nombrado emperador la trató casi como si fuera su legítima esposa.

---

1 Calígula.

2 Cf. Calíg., 48, 2 y ss.

3 Cf. Calíg., 43-48.

4 Alusión a la conspiración tramada por Lépido y Getúlico; Cf. Claud., 9, 1, Calíg., 24, Galba, 6, 2.

5 Aproximadamente entre el 37 y 39.

6 Ciudad emplazada al oeste de Trípoli.

7 Suegro de Vespasiano. Carecemos de más datos sobre él.

8 Era mayor que Domiciano, el cual puso también a su hija este nombre.

9 Antonia, la hija menor del triunviro Antonio, mujer de Druso y madre de Germánico y Claudio. Tenía una gran confianza en su ya citada secretaria Cenis y, posiblemente por influencia suya, Vespasiano avanzó tan rápidamente en la carrera de los honores.

4 Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Germaniam missus est; inde in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas ualidissimas gentes superque uiginti oppida et insulam Vectem Britanniae proximam in dicionem redegit partim Auli Plauti
2 legati consularis partim Claudii ipsius ductu. Quare triumphalia ornamenta et in breui spatio duplex sacerdotium accepit, praeterea consulatum, quem gessit per duos nouissimos anni menses. Medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit, Agrippinam timens potentem adhuc apud filium et defuncti quoque Nar-
3 cissi amici perosam. Exim sortitus Africam integerrime nec sine magna dignatione administrauit, nisi quod Hadrumeti seditione quadam rapa in eum iacta sunt. Rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefactata iam fide omnia praedia fratri obligaret neces-

---

4 **4/5** Plauti legati] plauti palati *M* palatini (palatani *Q*) **b** • **10** Exim *M* : exinde *AB* exin *rell. codd.* • **13** labefactata] labefacta **a** *AB*

4 Durante el gobierno de Claudio fue enviado, gracias a los buenos oficios de Narciso,[1] a Germania como jefe de una legión;[2] luego, fue trasladado a Bretaña en donde trabó combate treinta veces con el enemigo. En parte bajo las órdenes del legado consular Aulo Plauto,[3] en parte bajo las del propio Claudio[4] forzó a rendirse a dos tribus muy aguerridas, además a veinte burgos fortificados y a la isla de Vecta,[5] contigua a la Bretaña. En recompensa 2 obtuvo los ornamentos triunfales y, al poco tiempo, ingresó en dos cofradías sacerdotales y además fue nombrado cónsul, cargo que ejerció los dos últimos meses del año.[6] El tiempo restante hasta alcanzar el proconsulado permaneció alejado de la corte y mano sobre mano porque recelaba de Agripina, que todavía ejercía una gran influencia cerca de su hijo y detestaba rencorosamente a los amigos de Narciso[7] incluso después de la muerte de éste. Luego, 3 habiéndole correspondido por sorteo la provincia de África, la administró con suma integridad y en medio del aplauso general, aun cuando en Hadrumeto,[8] durante una revuelta, le arrojaron rábanos. La verdad es que regresó sin haberse enriquecido como

---

1 Liberto de Claudio y jefe de su cancillería. Ejercía una gran influencia cerca de su Emperador; Cf. Claud., 28.

2 Concretamente la legión II Augusta, de guarnición en Estrasburgo.

3 Cónsul sufecto en el 29, luego gobernador de Panonia y más tarde de Britania.

4 Cf. Claud., 17, 1, 2.

5 Hoy en día denominada isla de Wight.

6 Probablemente el año 51 a. J.C.

7 Narciso había contribuido mucho a que Claudio se desembarazara de Mesalina y por ello se congració con Agripina; pero cuando el Emperador decidió contraer nuevas nupcias patrocinó a Elia Petina, con lo cual se atrajo el odio mortal de Agripina, que hizo todo lo posible para que cayera en desgracia. A la muerte de Claudio fue una de las primeras víctimas del nuevo régimen.

8 Importante puerto de la provincia de África, denominado actualmente Sousse. En él desembarcó César en el 47.

sarioque ad mangonicos quaestus sustinendae dignitatis causa descenderit; propter quod uulgo «mulio» uocabatur. Conuictus quoque dicitur ducenta sestertia expressisse iuueni, cui latum clauum aduersus patris uoluntatem impetrarat, eoque nomine grauiter
4 increpitus. Peregrinatione Achaica inter comites Neronis cum cantante eo aut discederet saepius aut praesens obdormisceret, grauissimam contraxit offensam, prohibitusque non contubernio modo sed etiam publica salutatione secessit in paruam ac deuiam ciuitatem, quoad latenti etiamque extrema metuenti prouincia cum
5 exercitu oblata est. Percrebruerat Oriente toto uetus et constans opinio esse in fatis ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur. Id de imperatore Romano, quantum postea euentu paruit, praedictum Iudaei ad se trahentes rebellarunt caesoque praeposito lega-

3 cui *recentiores, Sabellicus* : qui *alii codd.* • **9** etiamque] et iam *Bentley*

lo demuestra el hecho de que, agotado todo su crédito, se vio obligado a hipotecar a su hermano todos sus bienes y tuvo que recurrir a las ganancias que obtenía traficando con mulas[1] para poder sostener su rango social; por este motivo todo el mundo le llamaba «el muletero». Se afirma también que fue hallado culpable de haberse hecho dar doscientos mil sestercios por un muchacho para el que había obtenido la laticlavia contra la voluntad de su padre. Figuró entre los acompañantes de Nerón durante la gira que éste 4
efectuó por Grecia, pero, como durante los recitales o se escabullía con demasiada frecuencia o, si asistía, descabezaba algún que otro sueño, ofendió tan gravemente a Nerón, que éste le prohibió no sólo formar parte de su séquito sino incluso acudir a saludarle por las mañanas; por esta razón se retiró a una ciudad pequeña y apartada en donde permaneció, procurando pasar desapercibido y temiendo incluso por su vida, hasta que le fue ofrecida una provincia con un ejército a sus órdenes. Una creencia antigua[2] y per- 5
sistente se había difundido por todo Oriente según la cual estaba escrito que, por aquel tiempo, hombres que saldrían de Judea se alzarían con el poder. Esta profecía se refería, como los acontecimientos demostraron más tarde, a un emperador romano; pero los judíos, considerándose aludidos, se sublevaron, mataron a su gobernador[3] e incluso hicieron morder el polvo al legado consular[4] de

---

1 La palabra *mango* viene a significar «chalán» y se aplicaba generalmente a los traficantes de esclavos, ganado o mercancías a las que se intentaba atribuir un valor superior al real. El apodo de «muletero» significa que Vespasiano traficaba en mulas.

2 Flavio Josefo reproduce textualmente estas profecías en los siguientes términos: κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπὸ τῆς χώρας αὐτῶν τις ἄρξει τῆς οἰκουμένης. (Bell. Iud., 6, 5, 4).

3 Su nombre era Gesio Floro; Suetonio incurre aquí en un error, pues no fue asesinado, sino que huyó a Cesarea; Cf. FLAV. JOSEF. Bell. Iud., 2, 15, 6.

4 Gayo Cestio Galo, nombrado para este cargo en el 63. Marchó con-

tum insuper Syriae consularem suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et non instrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est ut et industriae expertae
6 nec metuendus ullo modo ob humilitatem generis ac nominis. Additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter legatos maiore filio assumpto, ut primum prouinciam attigit, proximas quoque conuertit in se, correcta statim castrorum disciplina, unoque et altero proelio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu scutoque sagittas aliquot exceperit.

5 Post Neronem Galbamque Othone ac Vitellio de principatu certantibus in spem inperii uenit iam pridem sibi per haec ostenta
2 conceptam. In suburbano Flauiorum quercus antiqua, quae erat

---

4 industriae expertae Π*Q* : industria experti *MR* industria expertus *rell.* • **10** ictum] ictu *MB* • scutoque sagittas **a** *AB* : scuto sagittasque *M* scutoque sagittasque *G* scuto sagittas **b**

5 **14 s.** quae erat Marti sacra Π²*QR* : erat Marti sacra quae S erat Marti sacra *cett. codd.* erat quae Marti sacra *Bentley* erat Marti sacra ⟨ea⟩ *G. Becker*

Siria que acudía a socorrerles y le arrebataron un águila. Como para sofocar esta rebelión era preciso contar con un ejército más numeroso y con un general de probada experiencia a quien confiar una empresa de tanta envergadura, la elección recayó sin género de dudas en Vespasiano por ser hombre de capacidad ya probada y no inspirar recelos, dada la humildad de su linaje y su escaso predicamento. Se reforzaron, pues, las tropas[1] (de Judea) con dos 6
legiones, ocho escuadrones de caballería y diez cohortes. Vespasiano designó a su hijo mayor[2] como uno de sus lugartenientes y, tan pronto como pisó su provincia, se granjeó incluso la confianza de las otras provincias vecinas, por cuanto restableció al punto la disciplina militar y combatió con tanta intrepidez en uno de los combates, que en el asalto de una fortaleza[3] fue herido de una pedrada en una rodilla y algunas flechas se clavaron en su escudo.

Cuando, a la muerte de Nerón y Galba,[4] se disputaban el poder 5
Otón y Vitelio, empezó a concebir la esperanza de que llegaría a ser emperador, esperanza que en realidad hacía tiempo que alimentaba a causa de los siguientes presagios. En una casa de campo 2
de los Flavios una antigua encina consagrada a Marte, cada vez

---

tra los judíos al frente de un ejército de 35.000 hombres, pero sufrió una grave derrota; Cf. FLAV. JOSEF. Bell. Iud., 2, 18, 9.

1 En realidad Suetonio no precisa qué tropas fueron reforzadas; parece, con todo, lógico que se tratase de las que guarnecían Judea; por esto hemos incorporado este dato en la traducción. Sin embargo este pasaje es dudoso, pues en realidad no había legiones en Judea.

2 Tito era comandante (legado) de la XV legión que él había traído de Alejandría.

3 Concretamente de Yotapato en el año 65; Cf. FLAV. JOSEF. Bell. Iud., 3, 7, 22.

4 Suetonio pasa por alto dos años, a lo largo de los cuales Vespasiano siguió a los judíos y se produjeron los pronunciamientos de Otón y Vitelio.

Marti sacra, per tres Vespasiae partus singulos repente ramos a frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusque fati: primum exilem et cito arefactum, ideoque puella nata non perannauit, secundum praeualidum ac prolixum et qui magnam felicitatem portenderet, tertium uero instar arboris. Quare patrem Sabinum ferunt, haruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri, nepotem ei Caesarem genitum, nec illam quicquam aliud quam cachinasse, mirantem
3 quod adhuc se mentis compote deliraret iam filius suus. Mox, cum aedilem eum C. Caesar, succensens curam uerrendis uiis non adhibitam, luto iussisset oppleri congesto per milites in praetextae sinum, non defuerunt qui interpretarentur, quandoque proculcatam desertamque rem p. ciuili aliqua perturbatione in tutelam eius ac
4 uelut in gremium deuenturam. Prandente eo quondam canis extrarius e triuio manum humanam intulit mensaeque subiecit. Cenante rursus bos arator decusso iugo triclinium irrupit ac fugatis ministris quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes ceruicemque summisit. Arbor quoque cupressus in agro auito sine ulla ui tempestatis euulsa radicitus atque prostrata insequenti

---

1/2 a frutice] an frutices *Lipsius* a fomite *Gujetus* a radice *Bentley* • **9** succensens] succensus *MLPA* offensus *Bentley*

que Vespasia[1] daba a luz, emitía súbitamente de su tronco una rama que daba a conocer el destino que aguardaba a cada uno: la primera fue débil y pronto marchita, y, en consecuencia, la niña que había venido al mundo murió antes de cumplir un año; la segunda, robusta y frondosa y que, por tanto, presagiaba una singular fortuna; la tercera tal, que parecía un árbol. Por todo ello se dice que su padre, Sabino, alentado además por el presagio de un arúspice, informó a su madre[2] que le había nacido un nieto que sería emperador; pero ésta se echó a reír a carcajadas asombrada de que, mientras ella estaba todavía en sus cabales, su hijo, en cambio, ya chocheaba. Más tarde, cuando Vespasiano era edil, 3
G. César,[3] indignado por el poco celo que ponía en la limpieza de las calles, ordenó a sus soldados que lo cubriesen de barro y, como éstos se lo echaron en el regazo de la toga, no faltaron quienes interpretaron este incidente como un augurio de que, en un futuro no lejano, el Estado, pisoteado y desamparado a consecuencia de una reyerta entre los ciudadanos, iría a ponerse bajo su tutela y, por así decir, a refugiarse en su regazo. Otro día, mientras Vespa- 4
siano almorzaba, un perro que no era de la casa trajo de la calle una mano humana[4] y la dejó bajo la mesa. En otra ocasión, mientras cenaba, un buey de labranza, librándose del yugo, irrumpió en el comedor, poniendo en fuga a la servidumbre y, como si se sintiera de repente fatigado, se postró a los pies de Vespasiano, que seguía recostado junto a la mesa, y dobló su cerviz. Asimismo, en una hacienda de su abuelo un árbol fue arrancado de cuajo y derribado sin que sobre él se hubiese abatido ningún huracán,

---

1 Esposa de Flavio Sabino, padre de Vespasiano, la cual dio a luz a una hija, a Flavio Sabino y, finalmente, al emperador Vespasiano.

2 Tertula, la abuela de Vespasiano.

3 Calígula.

4 Una mano, como símbolo del poder, aparecía dibujada en las enseñas de los manípulos.

die uiridior ac firmior resurrexit. At in Achaia somniauit initium sibi suisque felicitatis futurum, simul ac dens Neroni exemptus esset, euenitque ut sequenti die progressus in atrium medicus
6 dentem ei ostenderet tantumque quod exemptum. Apud Iudaeam Carmeli dei oraculum consulentem ita confirmauere sortes, ut quidquid cogitaret uolueretque animo quamlibet magnum, id esse prouenturum pollicerentur; et unus ex nobilibus captiuis Iosephus, cum coiceretur in uincula, constantissime asseuerauit fore ut ab
7 eodem breui solueretur, uerum iam imperatore. Nuntiabantur et ex urbe praesagia: Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut tensam Iouis Optimi Maximi e sacrario in domum Vespasiani et inde in circum deduceret; ac non multo post comitia secundi consulatus ineunte Galba statuam Diui Iuli ad Orientem sponte conuersam, acieque Betriacensi, prius quam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse uictaque altera superuenisse tertiam ab solis exortu ac uictricem abegisse.

---

4 tantumque quod] recenter quod *R* recenter Π *(a. corr.)* *STB* recenter quidem Π^2 tantum quod *recentiores* • **9** imperatore] imperatori *MG* ab imperatore *T* • et ex] ex *PST* • **13/14** statuam — conuersam *recentiores ed. pr. Rom.* : statua — conuersa *codd.* • **14** Betriacensi] bretiacensi (breciac- *LT*, bretic- **b**) *codd.*

pero al día siguiente se alzó de nuevo más verde y vigoroso que antes. Por su parte, Vespasiano soñó en Grecia que se iniciaría la 5
prosperidad para sí y para los suyos no bien arrancasen un diente a Nerón, y aconteció que, al día siguiente, al entrar en el atrio, un médico le mostró un diente que acababa de extraerle. Cuando fue 6
a consultar el oráculo del dios Carmelo[1] en Judea, las respuestas fueron tan propicias que le prometieron que conseguiría todo cuanto planeaba o meditaba, por grande que fuera; y uno de los prisioneros, perteneciente a la nobleza, Josefo,[2] cuando lo llevaban a la cárcel, aseguró con la máxima convicción que bien pronto el propio Vespasiano le pondría en libertad, pero que entonces sería ya emperador. También en Roma corrían presagios de boca en 7
boca: que Nerón, en sus últimos días, había sido advertido por un sueño de que sacase la carroza sagrada[3] de Júpiter Óptimo del santuario donde se guardaba y la trasladara a la casa de Vespasiano y de allí al Circo; y que, poco después, al inaugurar Galba los comicios que le dieron su segundo consulado,[4] la estatua del divino Julio se había vuelto, por propio impulso, hacia Oriente, y que en la batalla de Bedriaco, antes de que se entablara el combate, dos águilas pelearon encarnizadamente a la vista de todos y que, vencida una de ellas, apareció una tercera procedente de Oriente y ahuyentó a la vencedora.

---

1 Se veneraba esta divinidad en la cima del monte que lleva este nombre.

2 Se trata del célebre historiador judío Flavio Josefo. Fue uno de los defensores de Yotapato (Cf. N. 3, pág. 84) y, al ser conquistada la ciudad en el 67, fue hecho prisionero. En esta ocasión fue cuando hizo la profecía. Al ascender Vespasiano al trono fue puesto en libertad y acompañó a Tito a Roma en el 71. Le fue concedido el derecho de ciudadanía romana (de ahí que adoptara el nombre de Flavio). Escribió varias obras, las más importantes: *Antiquitates Iudaicae* y *Bellum Iudaicum*.

3 En esta carroza se llevaban los atributos de varios dioses en la solemne procesión con que se inauguraban los juegos circenses.

4 A finales del 68.

6 Nec tamen quicquam ante temptauit, promptissimis atque etiam instantibus suis, quam sollicitatus quorundam et ignotorum
2 et absentium fortuito fauore. Moesiaci exercitus bina e tribus legionibus milia missa auxilio Othoni, postquam ingressis iter nuntiatum est uictum eum ac uim uitae suae attulisse, nihilo setius Aquileiam usque perseuerauerunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati, cum timerent ne sibi reuersis reddenda ratio ac subeunda poena esset, consilium inierunt eligendi creandique imperatoris; neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu qui Galbam, aut praetoria-
3 no qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros alium alia de causa improbarent et quidam e legione tertia, quae sub exitu Neronis translata ex Syria in Moesiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti nomenque eius uexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et tum quidem compressa res est reuocatis ad officium numeris parumper. Ceterum diuulgato facto Tiberius Alexander praefectus Aegypti primus in

---

6 **3** e tribus] tribus *LPA* cum tribus *STB* • **10** esse] esse ⟨se⟩ *Bücheler* • **13** improbarent] implorarent **b** • **15** ferrent] efferrent *G* ferret *B* • **17** numeris] muneris **a** B

Mas, a pesar de que sus partidarios le instaban y apremiaban, 6
nada intentó antes de sentirse empujado por una demostración
fortuita de simpatía de unos soldados a quienes no conocía y que
acampaban en tierras lejanas. Dos mil hombres, entresacados de 2
las tres legiones del ejército de guarnición en Mesia y enviados
en socorro de Otón, se habían ya puesto en camino, cuando les
llegó la noticia de la derrota del Emperador y de su suicidio; sin
embargo, a pesar de ello, continuaron a marchas forzadas hasta
Aquilea[1] como si no dieran crédito a aquellos rumores. Allí, al
amparo de aquella coyuntura y de la falta de disciplina, cometie-
ron toda clase de desmanes, pero, habiéndoles entrado el temor de
que, a su regreso, se verían obligados a dar cuenta de sus actos y
sufrir el correspondiente castigo, acordaron elegir y proclamar un
emperador; ya que — así opinaban ellos — no eran en nada infe-
riores al ejército de España que había elegido a Galba, ni a las
fuerzas pretorianas que habían nombrado a Otón, ni al ejército
de Germania que había designado a Vitelio. Así pues, barajaron 3
los nombres de todos los legados consulares que había en activo
por todo el ámbito del Imperio, pero pusieron reparos a todos, a
unos por una causa, a otros por otra; por fin, algunos soldados de
la tercera legión, que en las postrimerías del reinado de Nerón
había sido transferida de Siria a Mesia, hicieron grandes elogios
de Vespasiano, los demás asintieron, y sobre la marcha inscribieron
su nombre en todos los estandartes. Por el momento esta intentona
no tuvo mayores consecuencias, pues se consiguió que depusieran
su actitud durante algún tiempo. Mas la iniciativa de aquellos
soldados tuvo amplia resonancia, y así Tiberio Alejandro,[2] gober-

---

[1] Ciudad situada en la región de Venecia en el Nordeste de Italia y a unos 200 Km. de Bedriaco. Era lugar de tránsito para las tropas procedentes de las provincias contiguas al Danubio.

[2] Hijo de un judío llamado Alejandro y nieto del filósofo, también judío, Filón; a pesar de sus antecedentes apostató de su religión. Fue gober-

uerba Vespasiani legiones adegit Kal. Iul., qui principatus dies in posterum obseruatus est; Iudaicus deinde exercitus V. Idus Iul.
4 apud ipsum iurauit. Plurimum coeptis contulerunt iactatum exemplar epistulae uerae siue falsae defuncti Othonis ad Vespasianum extrema obtestatione ultionem mandantis et ut rei p. subueniret 5
optantis, simul rumor dissipatus destinasse uictorem Vitellium permutare hiberna legionum et Germanicas transferre in Orientem ad securiorem mollioremque militiam, praeterea ex praesidibus prouinciarum Licinius Mucianus et e regibus Vologaesus Parthus; ille deposita simultate, quam in id tempus ex aemulatione non 10
obscure gerebat, Syriacum promisit exercitum, hic quadraginta milia sagittariorum.

7 Suscepto igitur ciuili bello ac ducibus copiisque in Italiam praemissis interim Alexandriam transiit, ut claustra Aegypti opti-

---

1 adegit] allegit **b** • **1/2** qui — Idus Iul. *om. G* II *(a. corr.) Q* • **2** Idus] nonas *scribunt nonnulli editores ex* TAC. *Hist.*, 2, 79 • **4** uerae] ⟨siue⟩ uerae *C. F. W. Müller* • **6** optantis] hortandis *recentiores*

nador de Egipto, fue el primero en hacer prestar a sus legiones juramento de fidelidad a Vespasiano en las kalendas de julio,[1] día que después fue celebrado como el primero de su ascensión al poder; luego el ejército de Judea le juró también fidelidad a él mismo en persona. Contribuyeron mucho a estos golpes de Estado la amplia 4
2 artes. Armorum et equitandi peritissimus, Latine Graeceque uel in orando uel in fingendis poematibus promptus et facilis ad extemporalitatem usque; sed ne musicae quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret iucunde scienterque. E pluribus comperi notis quoque excipere uelocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum iocumque certantem, imitarique chirographa quaecumque uidisset, ac saepe profiteri maximum falsarium esse potuisse.

4 Tribunus militum et in Germania et in Britannia meruit summa industriae nec minore modestiae fama, sicut apparet statuarum

---

1 cubans] accubans *Bentley* • gustasse] gestasse *M* • **2** adflictatus] afflictus Π*R* adflictatus sit *Oudendorpius*

3 **5/6** magisque ac magis] magis ac magis Π magisque *M* • **9** memoria Π *(a. corr.) Q* : memoriae *rell.* memoria et *Oudendorpius* • **10** Graeceque] graecaeque linguae (ae *per compendium*) **b** *TB*

4 **17/18** summa industriae — modestiae fama *recent. edd. Rom. I. II* : summa industria — modestia et fama Π *(a. corr.) Q* summae industriae — modestia et fama *rell. codd.* • **18** statuarum] et statuarum **b**

ellos que se cuenta que, cuando Británico bebió el brevaje fatal[1] que le acarreó la muerte, Tito, que estaba recostado a su lado, lo probó también y se vio afectado durante largo tiempo por una grave enfermedad. Más tarde, en recuerdo de todos estos sucesos, erigió en su honor una estatua en Palacio, y le dedicó e hizo objeto de una singular devoción otra ecuestre de marfil que todavía hoy en día llevan abriendo la marcha del cortejo con que se inician los juegos circenses.

Pronto, todavía un niño, se pusieron de manifiesto sus dotes 3
corporales y espirituales y paulatinamente, a medida que avanzaba en edad, fueron subiendo de punto: prestancia egregia a la que se sumaban gracia y autoridad, vigor extraordinario, a pesar de que no sobresalía por su estatura y de que su vientre era algo prominente, memoria portentosa, habilidad para casi todas las artes, así en las de la guerra como en las de la paz. Muy experto en 2
el manejo de las armas y en la equitación, componía discursos y pergeñaba versos tanto en latín como en griego con pasmosa facilidad, a veces incluso los improvisaba; mas tampoco se le daba mal la música, pues cantaba y tocaba con inspiración y buena técnica. He averiguado por conductos diversos que sabía transcribir al dictado velozmente y en abreviatura, y que gustaba a veces de competir en broma y por pasatiempo con sus amanuenses; que sabía también imitar cualquier letra con sólo verla una vez y que con frecuencia alardeaba de que hubiera podido ser un excelente falsificador.

Entró a servir como tribuno militar[2] en Germania y en Bretaña, ganándose mucha fama por su energía y su modestia, según 4

[1] Preparado por la hechicera Locusta a instigación de Nerón; Cf. Ner., 33, 2.

[2] Era el primer peldaño para poder desempeñar las magistraturas re-

et imaginum eius multitudine ac titulis per utramque prouinciam.
2 Post stipendia foro operam dedit honestam magis quam assiduam, eodemque tempore Arrecinam Tertullam, patre eq. R. sed praefecto quondam praetorianarum cohortium, duxit uxorem et in defunctae locum Marciam Furnillam splendidi generis; cum qua
3 sublata filia diuortium fecit. Ex quaesturae deinde honore legioni praepositus Tarichaeas et Gamalam urbes Iudaeae ualidissimas in potestatem redegit, equo quadam acie sub feminibus amisso alteroque inscenso, cuius rector circa se dimicans occubuerat.

5 Galba mox tenente rem p. missus ad gratulandum, quaqua iret conuertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed ubi turbari rursus cuncta sensit, redit ex itinere, aditoque Paphiae Veneris oraculo, dum de nauigatione consulit, etiam de imperii
2 spe confirmatus est. Cuius breui compos et ad perdomandam Iudaeam relictus, nouissima Hierosolymorum oppugnatione duode-

---

3 Arrecinam *Roth* : adrecidiam *codd.* • Tertullam **a** *B* : tercullam *A* tertullum *M* tertullo *G* **b** • **6** legioni ΠQ : religioni (-ne *R*) *MR* X legioni *GB* regioni **a** *A* • **7** Tarichaeas *Ihm* : taricheas *Ursinus* tarichias *Bentley* thracias (thacias *G* trachias ΠR) *codd.* • **9** inscenso] ascenso *Q (cf. Iul. 61)*
5 **12** redit] rediit **b** *A*

puede colegirse por el gran número de estatuas y bustos erigidos en su honor en ambas provincias, así como por las inscripciones que ostentan. Cumplido su servicio militar consagró su actividad 2
al Foro con más éxito que asiduidad y, por esta misma época, contrajo matrimonio con Arrecina Tertula, hija de un caballero romano [1] que años atrás había sido prefecto de las cohortes pretorianas, y, cuando ésta falleció, casó en segundas nupcias con Marcia Furnila, de ilustre linaje, de la cual se divorció después de haber tenido de ella una hija.[2] Luego que hubo desempeñado el cargo 3
de cuestor, expugnó al frente de una legión Tariqueas y Gamala, ciudades de Judea fuertemente fortificadas; en uno de aquellos combates quedó en el campo el caballo que montaba, pero de un salto se plantó sobre otro cuyo jinete había caído muerto combatiendo a su lado.

Más tarde, al asumir Galba el poder, fue enviado para felici- 5
tarle y, por doquiera que pasaba, los ojos de todos se volvían a él creyéndose que el emperador le llamaba para adoptarle. Mas, cuando se dio cuenta de que la situación política [3] se enrarecía de nuevo, volvió sobre sus pasos y, al consultar el oráculo de Venus de Pafos [4] sobre su travesía por mar, se sintió alentado en sus esperanzas de alcanzar el poder. Al cabo de poco tiempo se cum- 2
plió la predicción puesto que, dejado en Judea para acabar de

servadas a los miembros del estamento senatorial. Solía ejercerse este cargo entre los 20 y 25 años de edad.

1 Marco Arrecina Clemente, prefecto del pretorio durante el reinado de Calígula.

2 Julia, nacida en el 70, el mismo día que Tito conquistó Jerusalén. Casó con Flavio Sabino pero, ejecutado por orden de Domiciano, vivió maritalmente con éste, a pesar de estar casado con Domicia. Murió de un aborto.

3 Como consecuencia del golpe de estado de Otón.

4 Ciudad en la isla de Chipre, famosa por su santuario consagrado a Venus.

cim propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus, cepitque ea natali filiae suae tanto militum gaudio ac fauore, ut in gratulatione imperatorem eum consalutauerint et subinde decedentem prouincia detinuerint, suppliciter nec non et minaciter efflagitantes, aut
3 remaneret aut secum omnis pariter abduceret. Vnde nata suspicio est, quasi desciscere a patre Orientisque sibi regnum uindicare temptasset; quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam petens in consecrando apud Memphim boue Apide diadema gestauit, de more quidem rituque priscae religionis; sed non deerant qui sequius interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Regium, dein Puteolos oneraria naue appulisset, Romam inde contendit expeditissimus inopinantique patri, uelut arguens rumorum de se temeritatem: «Veni», inquit, «pater, ueni.»

6 Neque ex eo destitit participem atque etiam tutorem imperii agere. Triumphauit cum patre censuramque gessit una, eidem collega et in tribunicia potestate et in septem consulatibus fuit; receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum patris nomine

---

1 confecit] confixit EUTROP. *7, 21, 2* • ea *M* : eam *rell. codd.* • **4** efflagitantes] et flagitantes *MG* • **4/5** aut remaneret] ut remaneret *POSTB* • **6** sibi regnum] regnum sibi **b** *nonnulli editores* • **8** Apide] api **b'** *B* • **10** sequius] setius **a** *A* secus *uulg.* • **11** dein] de Π *(a. corr.) Q* deinde *TB*

6 **17** ad se] a se **a** *AB om.* Π *(a. corr.)* ab se *Oudendorpius*

sojuzgarla, en el último asalto contra Jerusalén abatió a doce defensores de la ciudad con otros tantos flechazos y la expugnó en el aniversario del nacimiento de su hija, provocando tanto júbilo y entusiasmo entre sus soldados, que al felicitarle todos le llamaban «Emperador»; y, más tarde, cuando se disponía a abandonar la provincia, intentaron retenerle pidiéndole, unas veces con súplicas, otras con amenazas, que permaneciese con ellos o se los llevara a todos consigo. Ello dio pie a la sospecha de que quería abandonar 3
la causa de su padre y proclamarse rey de Oriente, sospecha que adquirió más cuerpo cuando más tarde, camino de Alejandría,[1] al venerar en Menfis al buey Apis, se ciñó la cabeza con una diadema de acuerdo con las costumbres y el rito de aquella antigua religión; pero no faltaron quienes lo interpretaron de otro modo.[2] Por este motivo, deseoso de llegar cuanto antes a Italia, hizo rumbo en una nave de carga a Regio y Puteolos desde donde se dirigió a marchas forzadas a Roma y, presentándose de improviso a su padre, como para demostrar la inconsistencia de los rumores que sobre él habían circulado, exclamó: «Aquí me tienes, padre, aquí me tienes.»

Y a partir de aquel momento no dejó de actuar como corregente 6
y firme puntal del poder. Celebró el triunfo[3] con su padre y fue colega suyo en el ejercicio de la censura, compartió con él la potestad tribunicia y siete consulados. Asumió también personalmente la dirección de casi todos los negocios del Estado, y así, en nombre de su padre, dictaba cartas, redactaba edictos e, invadien-

---

1 Tito, una vez conquistada Jerusalén, visitó varias ciudades de Oriente y regresó de nuevo a Jerusalén para trasladarse a Alejandría, desde donde emprendió el viaje a Roma.

2 La diadema era el símbolo del poder real.

3 Las fiestas con las que se celebró la conquista de Jerusalén; Cf. Vesp., 8, 1.

et epistulas ipse dictaret et edicta conscriberet orationesque in senatu recitaret etiam quaestoris uice, praefecturam quoque praetori suscepit numquam ad id tempus nisi ab eq. R. administratam, egitque aliquanto inciuilius et uiolentius, siquidem suspectissimum quemque sibi, summissis qui per theatra et castra quasi consensu
2 ad poenam deposcerent, haud cunctanter oppressit. In his Aulum Caecinam consularem uocatum ad cenam ac uixdum triclinio egressum confodi iussit, sane urgente discrimine, cum etiam chirographum eius praeparatae apud milites contionis deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securitati satis cauit, ita ad praesens plurimum contraxit inuidiae, ut non temere quis tam aduerso rumore magisque inuitis omnibus transierit ad principatum.

7 Praeter saeuitiam suspecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comissationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet; nec minus libido propter exoletorum et spadonum greges propterque insignem reginae Berenices amorem, cui etiam

---

2/3 praetori *MS (a. corr.)* : praetorii *G* **a** *(S²) A* praetoris **b** • **6** Aulum] alilum *MG* • **7** consularem] consularem uirum **b** *TB* • **9** contionis] cunctionis *PO* coniurationis **b** *L*ˢ • **11/12** aduerso rumore] aduersorum (um *per compendium*) ore *MGPA* aduersa re **b'** *OB*

7 **13** suspecta] susceptam *MG* • **16** Berenices] berenicis (bern- *T*) *M* **a** *A* beronices **b** beronicis *GB*

do las funciones de los cuestores,[1] leía incluso discursos en el Senado; también tomó el mando de la guardia pretoriana, cargo que hasta aquel entonces había sido desempeñado exclusivamente por miembros del estamento ecuestre, y lo ejerció con excesiva arrogancia y despotismo; en efecto, siempre que recelaba de alguien, enviaba bajo mano agentes suyos por los teatros y cuarteles que a grandes voces reclamaban para ellos la última pena como si hablasen en nombre de todos los presentes, y la aplicaba implacablemente. Figura entre éstos el ex cónsul Aulo Cecina.[2] Tito lo 2
había invitado a comer y, apenas había salido del triclinio, ordenó que lo acuchillaran. Verdad es que las circunstancias apremiaban, pues había interceptado el texto autógrafo de una arenga, preparada por Cecina para ser leída a la tropa. Con estas medidas, si bien garantizó suficientemente su seguridad para el futuro, no obstante de momento se granjeó la animadversión general, hasta el punto de que probablemente ningún otro emperador ascendió al trono precedido de tan mala reputación y más a disgusto de todos.

Además de su crueldad se le reprochaba también su vida licen- 7
ciosa; porque se decía que prolongaba sus orgías hasta media noche haciéndose acompañar por sus amigos más disolutos. Objeto de no menores censuras era la libido de que daba muestras y que se manifestaba por la caterva de eunucos y sodomitas que le rodeaba y por su desordenada pasión por la reina Berenice[3] a la que,

---

1 Cf. Ner., 25, 2.

2 Fue de los primeros en pasarse a Galba, luego a Vitelio y, finalmente, a Vespasiano. Parece que tramaba también traicionar a éste; Cf. DIÓN CASIO, 66, 16.

3 Célebre por su belleza. Era hija de Agripa I, rey de Judea. Nació el 29 y, por tanto, era diez años más joven que Tito. Casó con su tío Herodes y, a su muerte, convivió con su hermano Agripa II. Tito se la trajo consigo a Roma.

nuptias pollicitus ferebatur; suspecta rapacitas, quod constabat in cognitionibus patris nundinari praemiarique solitum; denique propalam alium Neronem et opinabantur et praedicabant. At illi ea fama pro bono cessit conuersaque est in maximas laudes, neque
2 uitio ullo reperto et contra uirtutibus summis. Conuiuia instituit iucunda magis quam profusa. Amicos elegit, quibus etiam post eum principes ut et sibi et rei p. necessariis adquieuerunt praecipueque sunt usi. Berenicen statim ab urbe dimisit inuitus inuitam. Quosdam e gratissimis delicatorum quanquam tam artifices saltationis, ut mox scaenam tenuerint, non modo fouere prolixius, sed
3 spectare omnino in publico coetu supersedit. Nulli ciuium quicquam ademit; abstinuit alieno, ut si quis umquam; ac ne concessas quidem ac solitas conlationes recepit. Et tamen nemine ante se munificentia minor, amphitheatro dedicato thermisque iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimum largissimumque; dedit

---

1 rapacitas] et rapacitas **b** *B* • **2** cognitionibus *Torrentius* : contionibus (concionibus *QA*) *codd.* negotiationibus *Ursinus* auctionibus *Cornelissen* • **8** sunt usi] sumptam sibi **b** • Berenicen] beronicem *G* **b** *B* • **9** tam artifices] artifices *M (a. corr.)* tam artificis *Bentley* • **14/15** celeriter *Calderinus in annotatione ad* MART. *Spect. 2, 7* : celebriter *codd.*

según decían, había dado palabra de matrimonio. Se censuraba también su rapacidad, porque constaba que en las causas que su padre fallaba solía chalanear y lucrarse; en una palabra, todo el mundo pensaba y no se recataba en decir públicamente que sería un segundo Nerón. Mas esta pésima reputación le fue aun provechosa y como reacción le granjeó los más encendidos elogios, al comprobarse que renunciaba a todos sus vicios y practicaba todas las virtudes. Ofreció comidas más placenteras que dispendiosas. 2
Tan acertado estuvo en la elección de sus colaboradores, que los emperadores que le sucedieron los mantuvieron en sus puestos por considerarlos útiles para sí y para el Estado, y utilizaron mucho sus servicios. Una de sus primeras medidas fue alejar de Roma a Berenice a pesar del dolor que ello causaba a ambos. Algunos de sus mancebos de placer preferidos eran tan hábiles danzarines que, más tarde, cosecharon grandes éxitos en el teatro, pues Tito no sólo dejó de protegerles con sus liberalidades sino que incluso se abstuvo de asistir a las representaciones que daban en público. No despojó a ningún ciudadano de sus bienes, respetó, 3
como el que más, la propiedad ajena y no aceptó ni siquiera los regalos habituales y consagrados por el uso. A pesar de ello, ninguno de sus predecesores le aventajó en munificencia, y así, con motivo de la inauguración del Anfiteatro [1] y de las termas,[2] que a toda prisa había hecho construir junto al mismo, ofreció un espectáculo suntuosísimo y con un boato extraordinario; hizo también representar una batalla naval en la antigua naumaquia,[3] y en

---

1 Vespasiano había iniciado su construcción (Cf. Vesp., 9) y es conocido con el nombre de «El Coliseo». Las fiestas de su inauguración duraron 100 días.

2 En sus inmediaciones fue descubierto el famoso grupo escultórico de Laoconte.

3 Con este nombre era designado un lago que había hecho excavar Augusto para ofrecer una batalla naval; Cf. Aug., 43, 1.

et nauale proelium in ueteri naumachia, ibidem et gladiatores atque uno die quinque milia omne genus ferarum.

8 Natura autem beniuolentissimus, cum ex instituto Tiberi omnes dehinc Caesares beneficia a superioribus concessa principibus aliter ⟨rata⟩ non haberent, quam si eadem isdem et ipsi dedissent, primus praeterita omnia uno confirmauit edicto nec a se peti passus est. In ceteris uero desideriis hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret; quin et admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur quam praestare posset, non oportere ait quemquam a sermone principis tristem discedere; atque etiam recordatus quondam super cenam, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam uocem edidit:
2 «Amici, diem perdidi.» Populum in primis uniuersum tanta per omnis occasiones comitate tractauit, ut proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit; et plane ita fecit. Nam neque negauit quicquam petentibus et ut quae uellent peterent ultro adhortatus est. Quin et studium armaturae Thraecum prae se ferens saepe cum populo et uoce et gestu ut fautor cauillatus est, uerum maiestate salua nec

---

2 omne genus] omnigenus (hominum gen- *T*) *MG* **a** *A*

8 **5** rata *suppl. Egnatius* • eadem] easdem *MG* **b** • **11** toto] tota **a** *AB*

el mismo lugar[1] dio un combate de gladiadores y en un solo día exhibió cinco mil fieras de toda especie.

Hombre muy generoso por naturaleza, aun cuando, de conformi- 8
dad con una norma instituida por Tiberio, todos los emperadores que le sucedieron consideraban derogados los privilegios concedidos por sus antecesores, salvo en el caso que ellos mismos volvieran a otorgar los mismos privilegios a las mismas personas, Tito fue el primero en ratificarlos en un solo edicto sin esperar a que se lo pidieran. Además, por lo que atañe a todas las otras peticiones que sus súbditos le hacían, procuró siempre que nadie se marchara sin esperanza; más aún, como sus asesores le advirtieran que prometía más de lo que podía cumplir, replicó que nadie debía salir triste de una entrevista con su emperador; en otra ocasión, recordando durante la cena que en todo el día no había hecho ningún favor a nadie, pronunció aquella memorable frase y con tanta razón encomiada: «Amigos, he perdido el día.» Trató en 2
particular al pueblo, en su totalidad y en cuantas ocasiones se le presentaban, con tanta condescendencia que, al anunciar un combate de gladiadores, declaró que lo organizaría no de acuerdo con sus gustos sino con los de los espectadores; y cumplió al pie de la letra su promesa. En efecto, no rehusó ninguna de las peticiones que le formularon e incluso les exhortó a pedir lo que quisieran. Más aún, como era partidario acérrimo de los gladiadores tracios,[2] no ocultó sus preferencias y bromeó con el pueblo intercambiando gestos y comentarios, pero todo ello sin menoscabo de su autoridad, y menos aún de la justicia. Para aprovechar al máximo cuantas oportunidades se le presentaban para aumentar su popularidad, se bañaba con frecuencia en las termas construidas por

1 Naturalmente, después de haberlo hecho vaciar.
2 Cf. Calíg., 35, 2.

minus aequitate. Ne quid popularitatis praetermitteret, nonnum-
3 quam in thermis suis admissa plebe lauit. Quaedam sub eo fortuita
ac tristia acciderunt, ut conflagratio Vesuuii montis in Campania,
et incendium Romae per triduum totidemque noctes, item pesti-
lentia quanta non temere alias. In iis tot aduersis ac talibus non
modo principis sollicitudinem sed et parentis affectum unicum
praestitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando quatenus
4 suppeteret facultas. Curatores restituendae Campaniae e consula-
rium numero sorte duxit; bona oppressorum in Vesuuio, quorum
heredes non extabant, restitutioni afflictarum ciuitatium attribuit.
Vrbis incendio nihil publice perisse testatus, cuncta praetoriorum
suorum ornamenta operibus ac templis destinauit praeposuitque
compluris ex equestri ordine, quo quaeque maturius peragerentur.
Medendae ualitudini leniendisque morbis nullam diuinam huma-
namque opem non adhibuit inquisito omni sacrificiorum remedio-
5 rumque genere. Inter aduersa temporum et delatores mandatores-
que erant ex licentia ueteri. Hos assidue in foro flagellis ac fustibus
caesos ac nouissime traductos per amphitheatri harenam partim
subici ac uenire imperauit, partim in asperrimas insularum auehi.
Vtque etiam similia quandoque ausuros perpetuo coerceret, uetuit

---

5 talibus] fatalibus *Cornelissen* • **7** consolando] consulando *MRB* consulendo *Bentley* • **11** nihil publice perisse testatus *Roth e codice Torrentii* : nichil nisi sibi perisse testatus publice **b** *B* nichil nisi sibi publice perisse testatus *OT recent.* nichil nisi sibi perisse publice testatus *N* nihil publice nisi perisse testatus *cett. Ihm* • **16/17** mandatoresque **a** *AB* : amendatoresque *M* amandatoresque *G* amandoresque **b** • **19** subici ac] subici aut *S* subici *usque* partim *omiserunt L (a. corr.) P* subici in seruos ac Π^2R • asperrimas] asperrima ΠR

él mezclado con la plebe, autorizada expresamente a concurrir a las mismas. Durante su gobierno ocurrieron algunas catástrofes 3
trágicas y fortuitas como la erupción del Vesubio[1] en Campania, un incendio en Roma que duró tres días y tres noches consecutivas y una epidemia de una virulencia sin precedente. En medio de tantas y tan graves calamidades mostró no ya la solicitud propia de un emperador sino la ternura insustituible de un padre y, así, prodigaba con sus edictos palabras de consuelo y acudía en auxilio de los damnificados en la medida que le permitían sus recursos. Nombró por sorteo una comisión integrada por ex senadores para 4
la reconstrucción de Campania; destinó los bienes de los que perecieron en el Vesubio sin dejar herederos a reparar los daños de las ciudades víctimas del siniestro. Con ocasión del incendio de Roma declaró que ningún inmueble público debía considerarse perdido, para lo cual destinó todos los objetos de arte de sus fincas de recreo a los edificios públicos y templos, y nombró una comisión muy numerosa, reclutada entre los miembros del estamento ecuestre, para que las obras de reconstrucción fuesen llevadas a término con la máxima rapidez. Para atajar la epidemia y curar las enfermedades recurrió a todos los recursos divinos y humanos y puso en práctica toda clase de sacrificios y medicinas. Entre las calami- 5
dades de aquella época figuraban también los delatores y confidentes que habían medrado a la sombra del poder autocrático. Reiteradas veces ordenó que los azotaran y apalearan en el Foro y, finalmente, después de haberlos hecho desfilar por la arena del anfiteatro, dispuso que unos fueran subastados y prendidos y que otros fuesen deportados a las islas más inhospitalarias. Y para impedir de una vez para siempre que nadie se atreviera a cometer semejantes fechorías, dispuso, entre otras medidas a tal efecto, que un mismo delito no fuera juzgado a tenor de leyes dife-

[1] El 24 de agosto del año 70.

inter cetera de eadem re pluribus legibus agi quaeriue de cuiusquam defunctorum statu ultra certos annos.

9 Pontificatum maximum ideo se professus accipere ut puras seruaret manus, fidem praestitit, nec auctor posthac cuiusquam necis nec conscius, quamuis interdum ulciscendi causa non deesset, sed periturum se potius quam perditurum adiurans. Duos patricii generis conuictos in adfectatione imperii nihil amplius quam ut desisterent monuit, docens principatum fato dari, si quid praeterea 2 desiderarent promittens se tributurum. Et confestim quidem ad alterius matrem, quae procul aberat, cursores suos misit, qui anxiae saluum filium nuntiarent, ceterum ipsos non solum familiari cenae adhibuit, sed et insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria conlocatis oblata sibi ferramenta pugnantium inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita utriusque genitura imminere ambobus periculum adfirmasse, uerum quandoque et ab alio, sicut 3 euenit. Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed paene ex professo sollicitantem exercitus, meditantem fugam, neque occidere neque seponere ac ne in minore quidem honore habere sustinuit, sed, ut a primo imperii die, consortem successoremque testari perseuera-

---

9 **3** professus] professus est *STB* • **4** seruaret ΠQ : seruasset *cett.* • **6** perditurum] puniturum **b** *AB* • **8** quid *GN* : quod *cett.* • **15** uerum] uenturum **b'** • **18** in minore] imminore *M* imminuere **b**

rentes, y que, pasado un determinado número de años, no pudiera abrirse ninguna investigación sobre la condición social de ninguna persona fallecida.

9 Declaró que había aceptado el pontificado máximo para conservar puras sus manos e hizo honor a su palabra; pues, a partir de aquel momento, nadie fue ejecutado por orden ni instigación suya, aunque en más de una ocasión no le faltaron motivos de venganza, pero juraba que prefería morir que matar. Dos patricios fueron declarados convictos de aspirar al trono, pero Tito se limitó a aconsejarles que desistieran de su propósito, pues «el poder imperial» — éstas fueron sus palabras — «es un don que otorga el destino»; sin embargo, les prometió que si deseaban otra cosa con mucho gusto se la concedería. Y envió en seguida a la madre de 2 uno de ellos, que vivía fuera de Roma y se hallaba sumida en una gran angustia, sus propios correos para que le comunicaran que su hijo estaba sano y salvo; por lo demás los invitó a una cena íntima y, al día siguiente, durante un espectáculo de gladiadores, les hizo sentar adrede a su lado y, cuando le presentaron para que las examinara[1] las armas de los gladiadores, se las alargó. Se cuenta además que, cuando le comunicaron el horóscopo de ambos, afirmó que se cernía sobre ellos un peligro, pero para más adelante y procedente de otra persona, como en efecto así sucedió.[2] Su her- 3 mano no cesaba de intrigar contra él y, casi a ojos vistas, soliviantaba a los ejércitos y proyectaba abandonar Roma; sin embargo, no se decidió nunca a tomar una medida extrema, como quitarle de enmedio, desterrarle o, por lo menos, mermar sus atribuciones, antes bien, como desde el primer día de su reinado, continuó llamándole copartícipe del poder y sucesor suyo, y más de una vez, a

[1] Era costumbre presentar al magistrado que presidía los combates de gladiadores las armas con que éstos iban a combatir para comprobar su filo.

[2] Domiciano los hizo ejecutar.

uit, nonnumquam secreto precibus et lacrimis orans, ut tandem mutuo erga se animo uellet esse.

10 Inter haec morte praeuentus est maiore hominum damno quam suo. Spectaculis absolutis, in quorum fine populo coram ubertim fleuerat, Sabinos petit aliquanto tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat quodque tempestate serena tonuerat. Deinde ad primam statim mansionem febrim nanctus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis pallulis caelum, multumque conquestus eripi sibi uitam immerenti; neque enim extare ullum suum factum
2 paenitendum excepto dum taxat uno. Id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit neque cuiquam facile succurrat. Quidam opinantur consuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore habuerit; sed nullam habuisse persancte Domitia iurabat, haud negatura, si qua omnino fuisset, immo etiam gloriatura, quod illi promptissimum erat in omnibus probris.

11 Excessit in eadem qua pater uilla Id. Septb. post biennium ac menses duos diesque XX quam successerat patri, altero et quadra-

---

1 precibus] precipibus *M* • precibus et lacrimis] lacrimis et precibus **b** • **2** mutuo] mutato *Modderman*

10 **7** febrim] febrem *G (cf. Otho, 6)* • **8** pallulis *MLPA* : palludis *G* paludibus **b** paludamentis (palude- *O*) *OSTB* pellibus *uel* palliolis *uel* plagulis *uel* palliis *recc.* • **11** succurrat] succurrit *GΠRS²B*

solas, con lágrimas en los ojos le rogó se decidiera de una vez a corresponder al afecto que él le profesaba.

En este ínterin se le anticipó la muerte con más daño para la humanidad que para él. Al terminar una representación teatral, cuyo desenlace le hizo derramar copioso llanto a la vista del pueblo, se dirigió al país de los sabinos embargado por tristes presentimientos, porque, al ofrecer un sacrificio, la víctima se le había escapado de las manos y había retumbado un trueno estando el cielo despejado. En la primera parada se sintió súbitamente indispuesto y, al ser transportado a una litera, descorrió, según se dice, las cortinillas y, levantando los ojos al cielo, se lamentó amargamente de que la vida le fuera arrebatada sin merecerlo, puesto que no recordaba haber cometido ningún acto del que tuviese que arrepentirse, salvo uno solo. Ni él dijo entonces cuál fue ese acto ni es fácil conjeturarlo. Opinan algunos que le vino a la memoria las relaciones ilícitas que había mantenido con la mujer[1] de su hermano. Mas Domicia juraba por todos los dioses que no habían existido nunca tales relaciones, e indudablemente no las hubiese negado, caso de haber existido, antes por el contrario se hubiese jactado de ello, puesto que no sentía reparo alguno en pregonar sus propias faltas. **10** 2

Murió en la misma casa de campo que su padre, en los idus de septiembre,[2] dos años, dos meses y veinte días después de haber sucedido a su padre en el poder, a los cuarenta y un años de edad. Al divulgarse la noticia de su muerte, todos la lamentaron públicamente como si se tratara de una persona de su propia familia, **11**

1 Domicia; Cf. Dom., 3, 1.
2 El 13 de septiembre del 81.

gesimo aetatis anno. Quod ut palam factum est, non secus atque in domestico luctu maerentibus publice cunctis, senatus prius quam edicto conuocaretur ad curiam concurrit, obseratisque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit laudesque congessit, quantas ne uiuo quidem umquam atque praesenti.

11 **3** concurrit] cucurrit *QSN* • **4/5** congessit quantas] quantas congessit *ed. Ven. I*

y el Senado, sin dar tiempo a ser convocado por un edicto, se precipitó a la Curia a pesar de que aún estaban las puertas cerradas y después, cuando fueron abiertas, prodigó al difunto tantas palabras de agradecimiento y le tributó tantos elogios como jamás le había tributado en vida y en su presencia.

LIBER VIII - C

DOMITIANVS



SINOPSIS

I. DOMICIANO ANTES DE ALCANZAR EL PODER

Nacimiento. Los primeros años de su vida transcurren en la indigencia. Le sorprende en Roma la guerra con Vitelio. Consigue salvarse y, al morir Vitelio, es nombrado pretor. Excesos de Domiciano en ausencia de su padre (1). Los celos que siente de su hermano le hacen perder el favor de su padre. Para aplacarlo finge moderación. Conspira contra Tito (2).

II. DOMICIANO EMPERADOR

Excentricidades. Desavenencia con su esposa Domicia (3). Juegos públicos y certámenes organizados por Domiciano (4). Obras Públicas (5). Expediciones militares (6). Prudentes medidas de gobierno (7-9). Cambia de conducta y procede con crueldad felina (10-11). Arruinado por sus dispendios se entrega a la rapiña (12). Su jactancia y presunción (13). Temores de Domiciano y medidas de precaución (14). Presagios de su muerte y desasosiego de Domiciano (15-16). Muere víctima de una conjura palaciega (17).

III. CARACTERES PERSONALES

Aspecto físico (18). Su destreza en el manejo del arco, único ejercicio que practica (19). Su escasa cultura (20). Su afición a los dados. Comidas y banquetes (21). Júbilo de los senadores al producirse su muerte.

DOMITIANVS

1 Domitianus natus est VIIII. Kal. Nouemb. patre consule designato inituroque mense insequenti honorem, regione urbis sexta ad Malum Punicum, domo quam postea in templum gentis Flauiae conuertit. Pubertatis ac primae adulescentiae tempus tanta inopia tantaque infamia gessisse fertur, ut nullum argenteum uas in usu haberet. Satisque constat Clodium Pollionem praetorium uirum, in quem est poema Neronis quod inscribitur «Luscio», chirographum eius conseruasse et nonnumquam protulisse noctem sibi pollicentis; nec defuerunt qui affirmarent, corruptum Domitianum
2 et a Nerua successore mox suo. Bello Vitelliano confugit in Capitolium cum patruo Sabino ac parte praesentium copiarum, sed irrumpentibus aduersariis et ardente templo apud aedituum clam pernoctauit, ac mane Isiaci celatus habitu interque sacrificulos

---

1 **5** tempus] tempora **b** • **6** gessisse] egisse *Casaubonus* • **10** pollicentis] pollicenti **a** ΠQ *et sic pro uaria lectione R* • **14** Isiaci] isici **b**

DOMICIANO

Domiciano nació el 9 de las kalendas de noviembre[1] del año 1
en que su padre fue elegido cónsul y cuando le faltaba sólo un mes para tomar posesión de dicho cargo. Vino al mundo en la sexta región de Roma, en el barrio denominado «la Granada»,[2] en una casa que más tarde el propio Domiciano convirtió en un templo de la familia Flavia. Pasó los años de la pubertad y comienzos de la adolescencia sumido, según cuentan, en tanta pobreza y vilipendio, que no tenía para su uso ni siquiera un vaso de plata. Y es del dominio público que el ex pretor Clodio Polión, contra el que Nerón escribió un poema titulado «El tuerto», conservaba en su poder una carta autógrafa de Domiciano, y a menudo la exhibía, en la que el futuro emperador le prometía reservarle una noche; y son muchos los que afirman que entregó las primicias de su juventud a Nerva, su inmediato sucesor. Durante la guerra con- 2
tra Vitelio buscó refugio en el Capitolio[3] en compañía de su tío paterno Sabino y parte de las tropas que le eran adictas, pero cuando los enemigos irrumpieron en el templo y éste fue pasto de las llamas, pasó la noche escondido en la vivienda del guarda. A la mañana siguiente, disfrazado con la indumentaria de los sacer-

---

1 El 24 de octubre del 51.

2 Situado probablemente en el Quirinal y que se corresponde con la calle llamada "Via delle quattro Fontane".

3 Cf. Vitel., 15, 3.

uariae superstitionis cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui uestigia subsecuti erant, deprehendi non potuerit. Post uictoriam demum progressus et Caesar consalutatus honorem praeturae urbanae consulari potestate suscepit titulo tenus, nam iuris dictionem ad collegam proximum transtulit, ceterum omnem uim dominationis tam licenter exercuit, ut iam tum qualis futurus esset ostenderet. Ne exequar singula, contractatis multorum uxoribus Domitiam Longinam Aelio Lamiae nuptam etiam in matrimonium abduxit, atque uno die super XX officia urbana aut peregrina distribuit, mirari se Vespasiano dictitante, quod successorem non et sibi mitteret.

2 Expeditionem quoque in Galliam Germaniasque neque necessariam et dissuadentibus paternis amicis incohauit, tantum ut fratri se et opibus et dignatione adaequaret. Ob haec correptus, quo magis et aetatis et condicionis admoneretur, habitabat cum

---

5 consulari] cum consulari **b** • nam *I. Gronouius* : quam *codd. pler.* quoniam *Oudendorpius* • **8** Ne ΠQ : nec *cett. codd.* • contractatis *MB* : contrectatis *cett. codd.*

dotes de Isis y mezclándose con los victimarios de diversas creencias, se trasladó, llevando consigo un solo acompañante, al otro lado del Tíber, a casa de la madre de un condiscípulo suyo, y allí supo esconderse tan bien, que no lograron dar con él, a pesar de sus pesquisas, los soldados que le iban a la zaga. No se aventuró 3
a salir hasta después de la victoria y, saludado por todos con el título de César,[1] asumió el cargo de pretor urbano con poder consular, si bien sólo nominalmente, pues delegó la potestad judicial al colega que le seguía en rango; [2] pero ejerció con tanta arbitrariedad las prerrogativas del poder absoluto, que ya entonces dejó ver lo que podía esperarse de él en el futuro. Para no rememorar todos los abusos que cometió bastará recordar que, no contento con abusar de las mujeres de muchos ciudadanos, arrebató a Elio Lamia [3] su legítima esposa, Domicia Longina,[4] y contrajo matrimonio con ella; y que en un solo día distribuyó más de veinte cargos en Roma y provincias, hasta el punto que Vespasiano dijo más de una vez que le sorprendía que su hijo no le enviase también a él su sucesor.

Dispuso también los preparativos para una expedición militar 2
contra la Galia y la Germania, del todo punto innecesaria y contra el parecer de los amigos de su padre, con el solo objeto de equipararse a su hermano en poder y dignidad. Esta iniciativa le valió una fuerte reprimenda y, para que recordara mejor su edad [5] y

---

1 Cf. Galba, nota 1.

2 Al *praetor peregrinus*.

3 Fue cónsul en el año 80 durante el reinado de Tito. Domiciano lo hizo morir por una broma que se permitió acerca de su divorcio; Cf. Dom., 10, 2.

4 Hija de Domicio Corbulo, el famoso general que combatió victoriosamente en Oriente durante el reinado de Nerón.

5 Tenía sólo 18 años.

patre una sellamque eius ac fratris, quotiens prodirent, lectica sequebatur ac triumphum utriusque Iudaicum equo albo comitatus est. Quin et e sex consulatibus nom nisi unum ordinarium gessit
2 eumque cedente ac suffragante fratre. Simulauit et ipse mire modestiam in primisque poeticae studium, tam insuetum antea sibi quam postea spretum et abiectum, recitauitque etiam publice. Nec tamen eo setius, cum Vologaesus Parthorum rex auxilia aduersus Alanos ducemque alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur; et quia discussa res est, alios Orientis reges ut idem postularent donis ac pollicita-
3 tionibus sollicitare temptauit. Patre defuncto diu cunctatus an duplum donatiuum militi offerret, numquam iactare dubitauit relictum se participem imperii, sed fraudem testamento adhibitam; neque cessauit ex eo insidias struere fratri clam palamque, quoad correptum graui ualitudine, prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deseri iussit; defunctumque nullo praeterquam consecra-

---

2 **3** Quin et e sex *Ihm* : quin ex sex *A* quis ex *MR* qui sex *GLP* in sex Π*QSOTB uulg.* • **14** struere] instruere *MT* in instruere *B* • palamque *T recentiores in quibus B* : et palam *L* palam *rell.* • **15** efflaret] afflaret *M*

condición, se vio obligado a vivir bajo el mismo techo que su padre, a seguir en una litera la silla gestatoria[1] de Vespasiano y de su hermano, siempre que salían de Palacio, y a acompañarles montado en un caballo blanco cuando celebraron su triunfo sobre los judíos. Más aún, de los seis consulados que ejerció sólo uno fue ordinario,[2] y ello gracias a que su hermano le cedió el turno y abogó por él. Entonces Domiciano adoptó con extraordinaria habili- 2
dad el aire de hombre modesto y amante, como el que más, de la música, a pesar de que nunca había mostrado antes afición por este arte, que luego desdeñó y no volvió a recordar. Incluso llegó a declamar en público. Sin embargo, ello no fue obstáculo para que, cuando Vologeso,[3] rey de los partos, escribió a Vespasiano pidiéndole tropas para luchar contra los alanos y que pusiera al frente de las mismas a uno de sus hijos, hiciese todo lo habido y por haber para que le fuera confiado el mando a él; y, al desvanecerse esta esperanza, procuró convencer con regalos y promesas a los otros reyes de Oriente para que elevaran la misma petición. A la muerte de su padre anduvo a vueltas largo tiempo 3
sobre si debía ofrecer a los soldados un donativo doble y no sintió nunca reparo alguno en afirmar que su padre le había instituido copartícipe del poder, pero que el testamento había sido falsificado. Y a partir de aquel momento no cesó de conspirar, unas veces abiertamente, otras en secreto, contra su hermano, hasta que, cuando Tito cayó gravemente enfermo, ordenó que lo abandonasen, como si estuviese ya muerto, antes de que hubiese exhalado el último suspiro. Una vez muerto, no consintió que se le tributara

---

1 La diferencia entre las sillas gestatorias y las literas estribaba en que en la primera se iba sentado, en las segundas recostado. Parece ser que Claudio fue el primer Emperador que utilizó una silla gestatoria.

2 Los cónsules ordinarios tomaban posesión de su cargo el primero de enero y daban su nombre al año.

3 Cf. Vesp., 6, 4.

tionis honore dignatus, saepe etiam carpsit obliquis orationibus et edictis.

3 Inter initia principatus cotidie secretum sibi horarum sumere solebat nec quicquam amplius quam muscas captare ac stilo praeacuto configere, ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Caesare, non absurde responsum sit a Vibio Crispo, ne muscam quidem. Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat alteroque anno ⟨filiam⟩ consalutauit Augustam; eandem Paridis histrionis amore deperditam repudiauit intraque breue tempus inpatiens discidii quasi efflagitante populo reduxit. 2 Circa administrationem autem imperii aliquamdiu se uarium praestitit, mixtura quoque aequabili uitiorum atque uirtutum, donec uirtutes quoque in uitia deflexit: quantum coniectare licet, super ingenii naturam inopia rapax, metu saeuus.

4 Spectacula assidue magnifica et sumptuosa edidit non in amphitheatro modo, uerum et in circo, ubi praeter sollemnes bigarum

---

3 **3** initia **b**′ *NAB* : uitia *rell. codd.* • horarum] tempus horarum *recc.* horarium *uulg.* horarum III *Casaubonus* • **6** muscam *MHLA* : musca *cett. codd.* • **8** alteroque anno ⟨filiam⟩, consalutauit *Madvig* : alteroque anno consalutu filium*** uit (uit *in ras. post 3 uel 4 litt. erasas*) *M* alteroque anno consalutauerat ut **a** *uulg.* alteroque anno consulatus (-tu *R*) filium et *G* **b** ⟨.....⟩ alteroque anno consalutauit *Roth, Ailloud* alteroque anno ⟨.....⟩, consalutauit *Ihm* (*lacunam uarie suppleuerunt:* alteroque anno ab hoc consulatu filiam: Augustam *eqs. Graeuius* filiam tulerat alteroque anno filium ac consalutauerat Aug. *Oudendorpius* alteroque anno quam imperium adeptus est amisit *coniecerat Ihm*) • **12** mixtura quoque] mixturaque *Lipsius* mixtura prope *Bentley*

4 **15** assidue magnifica] magnifica assidue **b**

ningún otro honor que la apoteosis,[1] y con frecuencia, tanto en sus discursos como en sus edictos, ultrajó su memoria con palabras de doble sentido.

3 En los comienzos de su reinado acostumbraba todos los días a retirarse en privado durante varias horas, pero no hacía otra cosa que atrapar moscas y traspasarlas con un punzón muy agudo, de donde la ocurrente respuesta de Vibio Crispo,[2] el cual, como le preguntaran si había alguien en la habitación con el Emperador, contestó: «Ni siquiera una mosca.» Más tarde concedió el título de Augusta a su esposa Domicia, de la que había tenido un hijo en el segundo año de su consulado y una hija en el siguiente. Luego la repudió, pues estaba locamente enamorada del actor Paris,[3] pero al poco tiempo, incapaz de soportar aquella separación, la tomó de nuevo fingiendo que cedía a la voluntad del pueblo. Por 2 lo que atañe a la forma como administraba el Imperio se mostró durante algún tiempo fluctuante, con una mezcla de vicios y virtudes que se equilibraba, hasta que a la postre sus mismas virtudes degeneraron en vicios, pues, por lo que cabe conjeturar, independientemente de sus inclinaciones naturales, la necesidad le convirtió en codicioso y el miedo en cruel.

4 Con frecuencia organizó espectáculos magníficos y suntuosos en el Anfiteatro [4] y en el Circo,[5] en donde, además de las habitua-

1 Con la esperanza de que, a su muerte, le concedieran también este honor.

2 Fue cónsul sufecto en los reinados de Nerón, Vespasiano y Domiciano. Hábil orador y delator sin escrúpulos, amasó una enorme fortuna. Sobre su ingenio: Cf. Dión Casio, 65, 2; Quintiliano, 5, 13, 48 y 8, 5, 15.

3 Oriundo de Egipto. Gozaba de gran predicamento entre las damas de la alta sociedad romana. Domiciano lo hizo matar en plena calle; Cf. Dom., 10, 1.

4 El Anfiteatro Flavio (Coliseo); Cf. Vesp., 9, 1.

5 El Circo Máximo; Cf. Aug., 39, 2, y Dom., 4.

quadrigarumque cursus proelium etiam duplex, equestre ac pedestre, commisit; at in amphitheatro nauale quoque. Nam uenationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos, nec uirorum modo pugnas, sed et feminarum. Praeterea quaestoriis muneribus, quae olim omissa reuocauerat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret bina paria e suo ludo postulandi eaque nouissima aulico
2 apparatu induceret. Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes ei stabat puerulus coccinatus paruo portentosoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnumquam serio. Auditus est certe, dum ex eo quaerit, ecquid sciret, cur sibi uisum esset ordinatione proxima Aegypto praeficere Mettium Rufum. Edidit nauali pugnas paene iustarum classium, effosso et circumstructo iuxta
3 Tiberim lacu, atque inter maximos imbres perspectauit. Fecit et ludos Saeculares, computata ratione temporum ad annum non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat; in iis circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos a
4 septenis spatiis ad quina corripuit. Instituit et quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, musicum equestre gymnicum, et

---

1 etiam duplex] duplex etiam **b** • **5** reuocauerat] reuocarent *M* reuocarat *T Graeuius Ailloud* • **10** ecquid *ed. Rom. II recentiores* : et qui *LPOSB* et quid *rell.* • cur] quid (qui *R* et quid *T*) **b'** *B* • **13** inter maximos] in thermis **b** • **14** ad annum] ab anno **b'**

les carreras de bigas y cuádrigas, presentó dos batallas, una librada entre infantes, otra entre jinetes; en el Anfiteatro incluso una batalla naval. En esta relación omito las cacerías y los combates de gladiadores que se celebraban incluso de noche a la luz de las antorchas, así como pugilatos no sólo entre hombres, sino también entre mujeres. Presenció siempre los espectáculos ofrecidos por los cuestores,[1] que en el pasado habían dejado de celebrarse pero que él volvió a instaurar, y en tales ocasiones autorizaba al pueblo a pedir dos parejas de gladiadores de su propia palestra y los presentaba en la arena, como último número, ataviados con el boato propio de la Corte Imperial. Durante los combates de gladiadores 2
permanecía reclinado a sus pies un muchacho de corta edad, vestido de escarlata y con una cabeza prodigiosamente pequeña, y se entretenía hablando con él, a veces sobre asuntos graves. Lo cierto es que en una ocasión oyeron que le preguntaba si sabía por qué en la última promoción había juzgado conveniente confiar a Metio Rufo el gobierno de Egipto. Presentó también combates navales entre escuadras cuyos efectivos eran casi los reglamentarios. Para ello hizo excavar un lago junto al Tíber con graderías en todo su contorno y, a pesar de los intensos aguaceros, no se retiró hasta que hubo terminado el espectáculo. Celebró también unos juegos 3
seculares tomando como base para el cómputo de las fechas no el año en que recientemente los había organizado Claudio[2] sino el que había adoptado hacía ya tiempo Augusto. En esta ocasión, el día en que se celebraron las carreras en el Circo, a fin de que se pudieran realizar más holgadamente las cien competiciones, redujo a cinco las siete vueltas que se daban en torno a la pista. Instituyó también un certamen quinquenal en honor de Júpiter 4
Capitolino, integrado por tres clases de competiciones: musicales,

1 Cf. Claud., 24, 2.

2 Claudio los había celebrado el año 47, Domiciano los volvió a celebrar a mediados del 88.

aliquanto plurium quam nunc est coronatorum. Certabant enim et prosa oratione Graece Latineque ac praeter citharoedos chorocitharistae quoque et psilocitharistae, in stadio uero cursu etiam uirgines. Certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica, capite gestans coronam auream cum effigie Iouis ac Iunonis Mineruaeque, adsidentibus Diali sacerdote et collegio Flauialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat et ipsius imago. Celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Mineruae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur ederentque eximias uenationes et scaenicos ludos superque oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit atque inter spectacula muneris largissimum epulum Septimontiali sacro: cum quidem senatui equitique panariis, plebei sportellis cum obsonio distributis initium uescendi primus fecit; dieque proximo omne genus rerum missilia sparsit, et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiauit.

5 Plurima et amplissima opera incendio absumpta restituit, in quis et Capitolium, quod rursus arserat; sed omnia sub titulo

---

4 uirgines *Lipsius* : uirginis *codd.* • **10** ederentque *M* : redderentque *cett.* • **13** Septimontiali sacro : cum quidem *I. Gronouius* : septimontiali (-is **b**) sacrorum quidem *codd.* septimontiali sacro quidem *Torrentius* septimontiali sacrorum quidem die *Sabellicus*

ecuestres y gimnásticas, y distribuyó en ellas un número de coronas superior al actual. Tomaban parte en los concursos declamadores en griego y latín, y, además de los citaredos, los citaristas que acompañaban al coro y los que se limitaban simplemente a tañer la cítara. Se celebraron también en el estadio carreras a pie entre muchachas. Domiciano, que presidió el certamen, calzaba sandalias, vestía una toga de púrpura a la griega y tocaba su cabeza con una corona de oro con la efigie de Júpiter, Juno y Minerva. Tomaban asiento a su lado el flamen de Júpiter, el colegio de los sacerdotes flavios, vestidos como él, con la sola diferencia de que en sus coronas figuraba la imagen de Domiciano. Todos los años celebraba también en el monte Albano las fiestas quincuatrias dedicadas a Minerva, en honor de la cual había instituido un colegio sacerdotal de entre cuyos miembros eran elegidos por sorteo los que debían asumir la presidencia (de tales fiestas), ofrecer espléndidas cacerías, representaciones teatrales y además certámenes de elocuencia y poesía. Distribuyó tres veces entre el pueblo un donativo 5
de trescientos sestercios por cabeza y, durante un combate de gladiadores ofrecido con motivo de la fiesta de las Siete Colinas,[1] agasajó a los asistentes con un opíparo banquete. En esta ocasión distribuyó víveres a los senadores y caballeros en cestas para el pan y a la plebe en pequeñas canastas, y él mismo fue el primero que empezó a comer. Al día siguiente hizo arrojar entre los espectadores regalos de todas clases y, como la mayor parte hubiera caído en las gradas reservadas a la plebe, prometió cincuenta bonos para cada uno de los sectores ocupados por los estamentos ecuestre y senatorial.

Restauró muchos e importantes edificios que habían sido pasto **5**
de las llamas, entre éstos, el Capitolio, que por segunda [2] vez había

1 Se celebraban en Roma a finales de diciembre.

2 Había sido incendiado por primera vez en el 69 (Cf. Vit., 15, 3) y

tantum suo ac sine ulla pristini auctoris memoria. Nouam autem excitauit aedem in Capitolio Custodi Ioui et forum quod nunc Neruae uocatur, item Flauiae templum gentis et stadium et odium et naumachiam, e cuius postea lapide maximus circus deustis utrimque lateribus extructus est.

6 Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario: sponte in Chattos, necessario unam in Sarmatas legione cum legato simul caesa; in Dacos duas, primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat. De Chattis Dacisque post uaria proelia

---

5 **3** odium *MG* **b** : exmetodium **a** *AB*

6 **7/8** sponte — Dacos *om.* Π^1Q • **7** Chattos] cathos $M\Pi^2S$ catthos *GPR* carthos *L* cathdos *T* • **10** Chattis] catis *MR* catthis $G\Pi^2$ cattis $P\Pi^1Q$ cathis *S* cartis *L* cathdiis *T*

sufrido los rigores de un incendio; pero en todos hacía grabar únicamente su nombre sin mencionar para nada al primitivo fundador. Erigió en el Capitolio un nuevo templo dedicado a Júpiter Guardián y el Foro que lleva hoy en día el nombre de Nerva;[1] asimismo erigió el santuario[2] de la familia Flavia, un estadio, un odeón[3] y una naumaquia, cuyos sillares se utilizaron más tarde para restaurar el Circo Máximo, pues un incendio había destruido sus dos flancos.[4]

6 Llevó a cabo varias expediciones militares, unas por propia iniciativa, otras obligado por las circunstancias: por su propia iniciativa contra los catos; obligado por las circunstancias, una contra los sármatas, por haber pasado a cuchillo a una legión con su comandante, y dos contra la Dacia: la primera para vengar la derrota que infligieron al ex cónsul Opio Sabino, la segunda para desquitarse del descalabro que sufrió Cornelio Fusco,[5] prefecto de las cohortes pretorianas, a quien había confiado el mando supremo de la guerra. Después de varios combates, favorables unos y adversos otros, celebró un doble triunfo para conmemorar su victoria

---

de nuevo volvió a ser pasto de las llamas durante el reinado de Tito en el año 80; Cf. Tit., 8, 3.

1 En realidad fue este Emperador quien lo terminó y consagró. Unía el foro de Augusto con el foro de la Paz; de ahí que se le llamara también *Forum transitorium*.

2 En el Quirinal. Era también el mausoleo de la familia Flavia.

3 Pequeño teatro cubierto destinado a audiciones musicales.

4 Gramaticalmente podría interpretarse que los flancos destruidos fueron los de la naumaquia, pero parece más lógico referir esta frase al Circo Máximo.

5 Galba le había nombrado en el 69 gobernador de Panonia. Partidario acérrimo de Vespasiano, le fue confiado el mando de la flota estacionada en Rávena. Después de la victoria de Vespasiano fue galardonado con las insignias pretorianas. Era uno de los consejeros de Domiciano y responsable de su seguridad personal.

duplicem triumphum egit, de Sarmatis lauream modo Capitolino
2 Ioui rettulit. Bellum ciuile motum a L. Antonio, superioris Germaniae praeside, confecit absens felicitate mira, cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset. De qua uictoria praesagiis prius quam nuntiis comperit, siquidem ipso quo dimicatum erat die statuam eius Romae insignis aquila circumplexa pinnis clangores laetissimos edidit; pauloque post occisum Antonium adeo uulgatum est, ut caput quoque adportatum eius uidisse se plerique contenderent.

7 Multa etiam in communi rerum usu nouauit: sportulas publicas sustulit reuocata rectarum cenarum consuetudine; duas circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quattuor pristinas addidit; interdixit histrionibus scaenam, intra domum quidem exercendi artem iure concesso; castrari mares uetuit; spadonum, qui
2 residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam ubertatem uini, frumenti uero inopiam existimans nimio uinearum studio neglegi arua, edixit, ne quis in Italia nouellaret utque in prouinciis uineta succiderentur, relicta ubi plurimum

---

5 praesagiis prius] prius presagiis **b** • **6** dimicatum] dimicandum **a** *AB* • erat] est **b** • **7** pinnis] pennis **ab**

7 **10** communi rerum usu] communes rerum usus **a** *AB* • **12** gregum *Beroaldus* : grecum *codd.* • **16** quondam] quandam *MG*

sobre los dacios; por lo que atañe a su expedición contra los sármatas, se limitó a ofrecer una corona de laurel a Júpiter Capitolino. Acabó con la revuelta promovida por L. Antonio,[1] comandante en 2
jefe de la Alta Germania, sin tener que abandonar Roma y por un singular golpe de fortuna, pues en el momento mismo de iniciarse el combate, como consecuencia del súbito deshielo del Rhin, las tropas de los bárbaros no pudieron cruzar el río para unirse a Antonio. Supo de esta victoria por los presagios antes que por los mensajeros, pues el mismo día en que se trabó el combate un águila enorme se posó sobre una de sus estatuas en Roma rodeándola con sus alas y prorrumpiendo en gritos jubilosos; poco después cobró tanta consistencia el rumor de que Antonio había sido asesinado, que muchos aseguraban que su cabeza había sido traída a Roma y que ellos mismos la habían visto.

Introdujo también muchas innovaciones en las costumbres ciu- 7
dadanas: abolió la distribución de cestas de víveres al pueblo y restableció la costumbre de ofrecer comidas en toda regla; en las carreras circenses añadió a los cuatro equipos tradicionales de aurigas otros dos con las divisas de oro y púrpura respectivamente; prohibió a los actores profesionales que pisaran la escena, pero les permitió ejercer su arte en casas particulares; no toleró que se castrara a los hombres y moderó los precios de los eunucos que quedaban aún en poder de los traficantes de esclavos. Como quiera 2
que un año la cosecha de vino fue copiosísima y muy escasa, en cambio, la de trigo, juzgando que se abandonaban los campos para atender con preferencia al cultivo de las vides, dispuso que nadie plantase cepas nuevas en Italia y que en las provincias se cortasen los sarmientos dejando como máximo la mitad de los existentes;

[1] Lucio Antonio Saturnino consiguió, a fines del 86, que dos legiones acantonadas en Maguncia le proclamaran Emperador; pero el comandante de la Baja Germania, Lucio Norbono, sofocó esta revuelta.

dimidia parte; nec exequi rem perseuerauit. Quaedam ex maximis
3 officiis inter libertinos equitesque R. communicauit. Geminari legionum castra prohibuit nec plus quam mille nummos a quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res nouas moliens fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa uidebatur. Addidit et quartum stipendium militi aureos ternos.

8 Ius diligenter et industrie dixit, plerumque et in foro pro tribunali extra ordinem; ambitiosas centumuirorum sententias rescidit; reciperatores, ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit; nummarios iudices cum suo quemque consilio
2 notauit. Auctor et TR. PL. fuit aedilem sordidum repetundarum accusandi iudicesque in eum a senatu petendi. Magistratibus quoque urbicis prouinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit, ut neque modestiores umquam neque iustiores extiterint; e quibus plerosque post illum reos omnium criminum uidimus.

---

6 aureos ternos] aureis ternis *Lipsius* in (ad *Casaubonus*) aureos ternos *Salmasius*

8 **8** extra] et extra *Bentley*

pero no perseveró para que tales medidas fuesen cumplimentadas. Distribuyó entre sus libertos y los miembros del estamento ecuestre algunos de los cargos más importantes del Estado. Prohibió 3
que se juntaran en un mismo campamento dos legiones, así como que ningún soldado depositara en la caja de su legión más de mil sestercios porque, a su juicio, cuando L. Antonio planeaba sublevarse en los cuarteles de invierno, en los que se alojaban dos legiones, la cuantía de tales depósitos había contribuido a darle ánimo. Otorgó a los soldados una cuarta paga extraordinaria consistente en tres denarios de oro por cabeza.

Administró justicia con diligencia y pericia, generalmente en **8**
el propio Foro, desde lo alto de su tribunal, en sesiones de carácter extraordinario. Anuló las sentencias de los centunviros[1] dictadas con miras interesadas; advirtió a menudo a los recuperadores[2]
que no debían aceptar a la ligera las reivindicaciones poco fundamentadas. Castigó severamente a los jueces que se dejaban sobornar así como a sus asesores. Indujo incluso a los tribunos de la 2
plebe a que acusaran de concusión a un edil que se había dejado corromper, y a que solicitaran del Senado jueces para instruirle expediente. Puso tanto empeño en mantener a raya a los magistrados de Roma y a los gobernadores de las provincias que no los hubo nunca más honestos ni más justos; en cambio, después de su muerte, hemos visto como muchos de estos mismos magistrados han sido acusados de toda clase de crímenes. En su calidad de 3

---

1 Cf. Vesp., 10, 1.

2 En un principio los «recuperadores» intervenían sólo en los pleitos entre ciudadanos romanos y extranjeros, pero como el procedimiento que seguían era más expeditivo, se extendió también su competencia a los procesos entre ciudadanos. Los tribunales estaban integrados por tres o cinco miembros. Parece que se alude en este pasaje a las causas en que se discutía sobre la condición de una persona, o sea, sobre si era hombre libre o esclavo.

3 Suscepta correctione morum licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit; scripta famosa uulgoque edita, quibus primores uiri ac feminae notabantur, aboleuit non sine auctorum ignominia; quaestorium uirum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, mouit senatu; probrosis feminis lecticae usum ademit iusque capiendi legata hereditatesque; equitem R. ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo; quosdam ex utroque ordine lege Scantinia condemnauit; incesta Vestalium uirginum, a patre quoque suo et fratre neglecta, uarie ac seuere coercuit, priora capitali supplicio,
4 posteriora more ueteri. Nam cum Oculatis sororibus, item Varronillae liberum mortis permisisset arbitrium corruptoresque earum relegasset, mox Corneliam maximam uirginem absolutam olim, dein longo interuallo repetitam atque conuictam defodi imperauit stupratoresque uirgis in comitio ad necem caedi, excepto praetorio uiro, cui, dubia etiam tum causa et *incertis quaestionibus* atque
5 tormentis de semet professo, exilium indulsit. Ac ne qua religio deum impune contaminaretur, monimentum, quod libertus eius e

---

1 correctione *L recc.* : correptione *rell. codd.* • **8** Scantinia *G* : cantinia *MQLSA* catinia *rell. codd.* • **11** Oculatis] oculati (osc- *S a. corr.*) **a** *AB* ocellatis *Beroaldus* • **13** maximam uirginem] uirginem maximam **b** • **14** dein] deinde **a** *AB* dehinc Π • atque] neque *Duker (cf.* PLIN., *Epist., 4, 11)*

censor de las costumbres atajó el abuso que se cometía en los teatros, en donde la gente del pueblo se sentaba en los asientos reservados a los caballeros. Destruyó los libelos difamatorios que se distribuían entre el público contra los prohombres y mujeres más distinguidas. Expulsó del Senado a un ex cuestor por su excesiva afición a las pantomimas y a la danza. Prohibió a las mujeres de mala fama que usasen literas y les retiró el derecho de recibir herencias y legados. Borró del libro blanco de los jueces a un caballero romano porque había vuelto a hacer vida marital con su mujer a pesar de que se había divorciado de ella después de haberla acusado, ante los tribunales, de adulterio. Condenó, en virtud de la ley Escantinia,[1] a varios miembros de los estamentos senatorial y ecuestre. Aplicó penas diversas, pero siempre severas, para reprimir las liviandades de las vírgenes vestales, con respecto a las cuales tanto su padre como su hermano se habían mostrado muy tolerantes. Estas penas fueron primero la capital, luego el suplicio a la antigua usanza. Y, así, mientras permitió a las hermanas Oculatas y a Varronila escoger el género de muerte que quisieran y se limitó a desterrar a sus amantes, en cambio, más tarde, ordenó que Cornelia, que ostentaba la máxima jerarquía entre las vestales, fuese enterrada viva. Dicha vestal había sido declarada inocente otrora, pero acusada de nuevo al cabo de mucho tiempo, fue reconocida culpable. Los cómplices de sus liviandades fueron azotados con varas hasta la muerte en el Foro, a excepción de un ex pretor al cual se contentó con desterrar, debido a que había reconocido su culpabilidad cuando el proceso no había sido fallado y el careo y tortura de los testigos no había arrojado todavía ninguna luz a la causa. Y, para evitar que el culto de algún dios fuese profanado, ordenó que sus soldados destruyeran una tumba que un liberto había construido en memoria de su hijo con piedras destinadas al

4

5

[1] Promulgada en el 149 a. J.C. contra los homosexuales.

lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio exstruxerat, diruit per milites ossaque et reliquias quae inerant mari mersit.

9 Inter initia usque adeo ab omni caede abhorrebat, ut absente adhuc patre recordatus Vergilii uersum:

Impia quam caesis gens est epulata iuuencis,

edicere destinarit, ne boues immolarentur. Cupiditatis quoque atque auaritiae uix suspicionem ullam aut priuatus umquam aut princeps aliquandiu dedit, immo e diuerso magna saepe non abs-
2 tinentiae modo sed etiam liberalitatis experimenta. Omnis circa se largissime prosecutus nihil prius aut acrius monuit quam ne quid sordide facerent. Relictas sibi hereditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit. Legatum etiam ex testamento Rusti Caepionis, qui cauerat ut quotannis ingredientibus curiam senatoribus certam summam uiritim praestaret heres suus, irritum fecit. Reos, qui ante quinquennium proximum apud aerarium pependissent, uniuersos discrimine liberauit nec repeti nisi intra annum eaque condicione permisit, ut accusatori qui causam non teneret exilium poena esset.
3 Scribas quaestorios negotiantis ex consuetudine sed contra Clodiam legem uenia in praeteritum donauit. Subsiciua, quae diuisis per ueteranos agris carptim superfuerunt, ueteribus possessoribus ut

---

9 **6** destinarit **a** : destinauit *MG* destinauerit **b** • **8** magna *M* : magnae *rell. codd.* • **12** Rusti *recc. Torrentius Burmannus ex titulis* : rusci *codd.* • **15** apud aerarium] aerarium apud **b**

templo de Júpiter Capitolino y que echasen al mar los huesos y cenizas que en ella se guardaban.

En los comienzos era tal el horror que le causaba cualquier 9
ejecución, que en una ocasión — su padre se hallaba todavía ausente — viniéndole a la memoria este verso de Virgilio: [1]

> antes que una gente impía se alimentase en sus banquetes con los novillos inmolados,

decidió promulgar un edicto prohibiendo que se inmolasen bueyes. Ni como simple ciudadano ni, durante bastante tiempo, como emperador mostró inclinación alguna a la rapacidad ni a la avaricia, sino que, por el contrario, dio numerosas pruebas de desinterés e incluso la generosidad. Trató siempre con mucha liberalidad a sus 2
allegados y el primer consejo que les daba y en el que más insistía era que no obrasen nunca con mezquindad. No aceptaba las herencias que le dejaban personas que tenían hijos. Anuló incluso una cláusula del testamento de Rustio Cepión, quien había dispuesto que su heredero debía pagar cada año una determinada suma a todos los senadores que ingresasen en la Curia. Exoneró de toda responsabilidad a los encartados, cuyo nombre había sido fijado hacía ya cinco años en las puertas de la tesorería, y no permitió que se entablara de nuevo proceso contra ellos si no había transcurrido un año de por medio y a condición de que el demandante, si no conseguía ganar la causa, fuese sancionado con el destierro. Concedió una amnistía por los delitos pasados a los escribas de los 3
cuestores que intervenían en negocios, costumbre ésta a la orden del día pero que iba contra el espíritu de la ley Clodia. Restituyó a los antiguos propietarios, por derecho de prescripción, las parcelas remanentes aquí y allí, una vez distribuidos los terrenos entre los

---

1 Geórgicas 2, 538.

usu capta concessit. Fiscales calumnias magna calumniantium poena repressit, ferebaturque uox eius: «Princeps qui delatores non castigat, irritat.»

10 Sed neque in clementiae neque in abstinentiae tenore permansit, et tamen aliquanto celerius ad saeuitiam desciuit quam ad cupiditatem. Discipulum Paridis pantomimi impuberem adhuc et cum maxime aegrum, quod arte formaque non absimilis magistro uidebatur, occidit; item Hermogenem Tarsensem propter quasdam in historia figuras, libraris etiam, qui eam descripserant, cruci fixis. Patrem familias, quod Thraecem myrmillonem parem, munerario imparem dixerat, detractum spectaculis in harenam canibus obiecit
2 cum hoc titulo: «Impie locutus parmularius.» Complures senatores, in iis aliquot consulares, interemit; ex quibus Ciuicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Saluidienum Orfitum, Acilium Glabrionem in exilio, quasi molitores rerum nouarum, ceteros leuissima quemque de causa. Aelium Lamiam ob suspiciosos quidem, uerum et ueteres et innoxios iocos, quod post abductam uxorem laudanti

---

10 **6** impuberem *ed. Basil. 1533* : puberem *codd.* • **11** spectaculis] e (et *Q*) spectaculis *G* **b** *B* • **13** in iis *M* : in his *G* **b** iniuste **a** *NB* in his et *Bentley* • **15** in exilio *Torrentius* : exilio *codd.* • **17** abductam *T recc.* : adductam *rell. codd.*

veteranos. Sancionó las falsas denuncias de fraude en detrimento del fisco imponiendo severas penas a los delatores y, a este respecto, se le atribuye la siguiente frase: «El príncipe que no castiga a los delatores los estimula.»

10 Pero no perseveró en el camino de la clemencia y de la integridad; con todo, fuerza es reconocer que se inclinó más pronto a la crueldad que a la avaricia. Hizo matar a un discípulo del pantomimo Paris,[1] impúber aún y enfermo a la sazón, porque en el arte y en la belleza era muy parecido al maestro. Igual medida tomó contra Hermógenes de Tarso a causa de ciertas alusiones en su Historia y, por si fuera poco, hizo crucificar a los amanuenses que la habían transcrito. Un padre de familia dijo en una ocasión que un tracio valía tanto como un mirmillón, pero que no podía competir con el organizador del espectáculo.[2] Esto fue suficiente para que Domiciano le hiciera arrancar de su asiento y echar a los perros en la arena con un cartel que rezaba: «Partidario de los tracios y se ha expresado en forma irrespetuosa.» Condenó a muer- 2
te a muchos senadores, entre ellos a algunos ex cónsules, como, por ejemplo, a Cívica Cerealis, precisamente durante el tiempo en que ejercía su proconsulado en Asia, a Salvidiendo Orfito y a Acilio Glabrión, desterrados entonces, por sospechar que conspiraban contra él, y a muchos otros por causas del todo punto baladíes. Mató también a Elio Lamia que se le había hecho sospechoso por unas palabras que se prestaban al equívoco, pero proferidas hacía ya tiempo y completamente inofensivas; en efecto, a poco de haberle arrebatado [3] Domiciano a su esposa, en una ocasión en que un

---

1 Cf. supra cap. 3, 1.

2 Estas palabras implicaban un reproche contra Domiciano, cuya parcialidad a favor de los mirmillones era objeto de censuras. Sobre estos partidismos, Cf. Calíg., 32, 2.

3 Cf. cap. 1, 3.

uocem suam «eutacto» dixerat quodque Tito hortanti se ad alterum
3 matrimonium responderat: «Μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλεις»; Saluium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebrauerat; Mettium Pompusianum, quod habere imperatoriam genesim uulgo ferebatur et quod depictum orbem terrae in membrana contionesque regum ac ducum ex Tito Liuio circumferret quodque seruis nomina Magonis et Hannibalis indidisset; Sallustium Lucullum Britanniae legatum, quod lanceas nouae formae appellari Luculleas passus esset; Iunium Rusticum, quod Paeti Thraseae et Heluidi Prisci laudes edidisset appellassetque eos sanctissimos uiros; cuius criminis occasione philosophos omnis urbe
4 Italiaque summouit. Occidit et Heluidium filium, quod quasi scaenico exodio sub persona Paridis et Oenones diuortium suum cum uxore taxasset; Flauium Sabinum alterum e patruelibus, quod eum comitiorum consularium die destinatum perperam praeco non con-
5 sulem ad populum, sed imperatorem pronuntiasset. Verum aliquanto post ciuilis belli uictoriam saeuior, plerosque partis aduersae, dum etiam latentis conscios inuestigat, nouo quaestionis genere distorsit immisso per obscaena igne; nonnullis et manus amputauit. Satisque

---

4 Pompusianum *correxit Roth (cf. Vesp. 14)* : pomposianum *codd.* • **5/6** membrana *Scriuerius* : membranas *codd.* membranis *recentiores* • **12** quod quasi **b'** *B* : quasi *rell. codd.* • **18** latentis] latentes **b'** *O* fatentes *Bentley* • conscios inuestigat *Stephanus* : conscios inuestigato *codd.* per conscios inuestigatos *Casaubonus*

amigo elogió su voz, contestó: «Practico la castidad»; y, en otra ocasión en que Tito le exhortaba a casarse de nuevo, replicó: «¿Es que también tú quieres casarte?».[1] Hizo ejecutar a Salvio 3
Coceyano por haber celebrado el cumpleaños del emperador Otón, tío suyo por parte de padre; a Metio Pompusiano, porque todo el mundo decía que su horóscopo al nacer le pronosticaba el trono, y porque llevaba a todas partes consigo un mapa del mundo dibujado en un pergamino y los discursos de los reyes y generales copiados de Tito Livio y, finalmente, porque había dado a dos esclavos suyos los nombres de Magón y Aníbal; a Salustio Lúculo, gobernador de Bretaña, por haber consentido que llamasen «luculeas» a un nuevo modelo de lanzas; a Junio Rústico,[2] por haber publicado un panegírico de Peto Trásea y de Helvidio Prisco y llamarles hombres dignos de la máxima veneración, y, tomando como pretexto esta acusación, expulsó a todos los filósofos de Roma y de Italia. También mandó ejecutar a Helvidio, hijo, acusándolo 4
de haber censurado que se hubiese separado de su esposa en una farsa teatral en la que aludía a ellos bajo los nombres de Paris y Enone;[3] a Flavio Sabino, primo hermano suyo, porque el día de los comicios para cónsules el pregonero se equivocó y lo proclamó al dirigirse al pueblo no cónsul electo, sino emperador. Pero, cuan- 5
do dio muestras de una mayor crueldad, fue al término de la guerra civil; así, cuando interrogaba a muchos secuaces del partido contrario para averiguar el paradero de sus compañeros, les aplicaba un tormento de su invención consistente en hacerles quemar los órganos sexuales e incluso a algunos les hizo amputar las manos.

---

1 O sea: "¿También tú, como Domiciano, quieres casarte arrebatándome mi esposa?"

2 Era también un estoico, discípulo precisamente de Trásea. Sobre este último; Cf. Ner., 37, 1.

3 Paris contrajo matrimonio con Enone y después la abandonó para casarse con Elena.

constat duos solos e notioribus uenia donatos, tribunum laticlauium et centurionem, qui se, quo facilius expertes culpae ostenderent, impudicos probauerant et ob id neque apud ducem neque apud milites ullius momenti esse potuisse.

11 Erat autem non solum magnae, sed etiam callidae inopinataeque saeuitiae. Actorem summarum pridie quam cruci figeret in cubiculum uocauit, assidere in toro iuxta coegit, securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cena dignatus est. Arrecinum Clementem consularem, unum e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus in eadem uel etiam maiore gratia habuit, quoad nouissime simul gestanti, conspecto delatore eius: «Vis», inquit, 2 «hunc nequissimum seruum cras audiamus?» Et quo contemptius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronuntiauit, ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset quam principii lenitas. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat, et cum praedixisset experturum se illa die quam carus senatui esset, facile perfecerat, ut etiam 3 more maiorum puniendi condemnarentur; deinde atrocitate poenae

---

11 **6** Actorem *Torrentius* : auctorem *codd.* • **8** Arrecinum Π *(a. corr.)* *QN* : arretinum (arrent- *L*) *cett. codd.* • **11** conspecto] conspectu *M* Π *(a. corr.)* *Q* • **15** principii] principis *Baumgarten-Crusius*

Es cosa bien sabida que sólo a dos de los encartados más conspicuos otorgó el perdón; se trataba de un tribuno laticlavio y de un centurión, los cuales, para mejor demostrar que estaban libres de toda culpa, probaron que eran invertidos, motivo por el cual no hubieran podido gozar de crédito alguno ni cerca de su jefe ni de los soldados.

11 Su crueldad era no sólo feroz, sino también felina y desconcertante. La víspera del día que ordenó crucificar a su tesorero, le recibió en su alcoba, le hizo sentar a su vera y en su misma cama. Cuando le despidió, ningún recelo ni inquietud atormentaba su ánimo, pues incluso tuvo con él la atención de hacerle probar algunos manjares de su cena. Cuando tomó la decisión de desembarazarse del ex cónsul Arrecino Clemente,[1] allegado y uno de sus agentes secretos, continuó tratándole con una benevolencia igual o incluso mayor, hasta que finalmente — iban juntos en la misma litera — al ver a su delator exclamó: «¿Qué te parece si
2 mañana concedemos audiencia a este miserable esclavo?» Y para abusar más cruelmente de la paciencia de los hombres, no pronunciaba nunca una sentencia grave sin una alusión a su clemencia, hasta el punto que el indicio más seguro de una muerte cruel era la benignidad de su preámbulo. Había hecho comparecer ante el Senado a algunos reos de lesa majestad y, mediante un exordio en el que afirmó que aquel día podría comprobar el afecto que el Senado sentía hacia su persona, consiguió fácilmente que fuesen
3 condenados incluso a ser ejecutados a la antigua usanza. Luego,

---

[1] Hermano de la primera mujer de Tito. Fue nombrado cónsul sufecto en el año 73 y, a pesar de ser senador, fue nombrado comandante de la guardia pretoriana. Era uno de los agentes secretos *(emissarius)* de Domiciano, cuya misión consistía en reunir denuncias para formular procesos por delitos de lesa majestad, traición, etc.

conterritus, ad leniendam inuidiam intercessit his uerbis (neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere): «Permittite, patres conscripti, a pietate uestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis; nam et parcetis oculis uestris et intellegent me omnes senatui interfuisse.»

12 Exhaustus operum ac munerum inpensis stipendioque, quod adiecerat, temptauit quidem ad releuandos castrenses sumptus numerum militum deminuere; sed cum et obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret neque eo setius in explicandis oneribus haereret, nihil pensi habuit quin praedaretur omni modo. Bona uiuorum ac mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur. Satis erat obici qualecumque factum dictumue
2 aduersus maiestatem principis. Confiscabantur alienissimae hereditates uel uno existente, qui diceret audisse se ex defuncto, cum uiueret, heredem sibi Caesarem esse. Praeter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est; ad quem deferebantur, qui uel inprofessi Iudaicam uiuerent uitam uel dissimulata origine imposita genti tributa non pependissent. Interfuisse me adulescentulum memini, cum a procuratore frequentissimoque consilio inspiceretur
3 nonagenarius senex, an circumsectus esset. Ab iuuenta minime ciuilis animi, confidens etiam et cum uerbis tum rebus immodicus, Caenidi patris concubinae ex Histria reuersae osculumque, ut as-

---

5 intellegent] intelligetis **b**

12 **9/10** haereret] herere Π*Q* • **12** dictumue *recentiores* : dictumque *codd. uetustiores* • **16** actus] exactus *G* • **16/17** uel inprofessi *I. F. Gronouius* : uelut inprofessi *MG* **b** ueluti professi **a** *AB* • **17** Iudaicam] iudaicam intra urbem **b** *B*

preocupado por la atrocidad de la sanción, a fin de atenuar la impopularidad que le acarrearía, se opuso a la misma con estas palabras (juzgo de interés reproducirlas textualmente): «Permitid, padres conscriptos, solicitar de vuestro afecto a mi persona una gracia que sé que os costará concederme, a saber, que permitáis a los condenados elegir el género de muerte que prefieran. Os ahorraréis así un triste espectáculo y todo el mundo sabrá que yo he estado presente en esta sesión.»

12 Exhausto por los gastos que le acarreaban las construcciones, los espectáculos y el aumento de sueldo concedido a los soldados, intentó primero aligerar los gastos militares reduciendo el número de sus tropas, pero percatándose de que sería así más vulnerable a los ataques de los bárbaros sin conseguir con ello desembarazarse de sus deudas, se entregó sin reparo alguno a toda clase de expoliaciones. Confiscaba los bienes de los vivos y de los muertos donde quiera que fuera, sin parar mientes en quién era el acusador ni en la índole de la acusación. Bastaba delatar cualquier hecho o palabra contra la majestad del Emperador. Se confiscaban los bienes 2
de personas a las que no le unía vínculo alguno; bastaba para ello que se presentase un solo testigo que afirmara haber oído de boca del difunto, cuando todavía estaba en vida, que había instituido como heredero al Emperador. Fue especialmente implacable en la exacción de impuestos a satisfacer por los judíos, pues venían obligados a tributar tanto los que, sin hacer profesión de fe, vivían de acuerdo con las normas propias de los judíos, como los que, disimulando su origen, no habían satisfecho los impuestos que gravaban a este pueblo. Recuerdo haber presenciado, siendo yo todavía un mozalbete, cómo un agente del fisco sometía a reconocimiento, en presencia de una numerosa concurrencia, a un anciano nonagenario para averiguar si había sido circuncidado. En realidad ya de 3
joven distaba mucho de ser amable, mostrándose altanero e insolente tanto por su conducta como por su palabra; así, cuando Ce-

suerat, offerenti manum praebuit; generum fratris indigne ferens albatos et ipsum ministros habere, proclamauit:

Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

13 Principatum uero adeptus neque in senatu iactare dubitauit et patri se et fratri imperium dedisse, illos sibi reddidisse, neque in reducenda post diuortium uxore edicere reuocatam eam in puluinar suum. Adclamari etiam in amphitheatro epuli die libenter audiit: «Domino et dominae feliciter!» Sed et Capitolino certamine cunctos ingenti consensu precantis, ut Palfurium Suram restitueret pulsum olim senatu ac tunc de oratoribus coronatum, nullo res-
2 ponso dignatus tacere tantum modo iussit uoce praeconis. Pari arrogantia, cum procuratorum suorum nomine formalem dictaret epistulam, sic coepit: «Dominus et deus noster hoc fieri iubet.»

---

13 **6** edicere] ediceret **a** *AB* dicere *G* • reuocatam *Salmasius* : uocatam *codd.*

nis,[1] la concubina de su padre, al regresar de Istria, le presentó, como solía, su mejilla para que la besase, Domiciano se limitó a alargarle la mano. Le causaba también profundo disgusto que el yerno [2] de su hermano tuviese también a su servicio esclavos vestidos de blanco y en una ocasión exclamó:

«No es recomendable que el poder esté distribuido entre muchos.» [3]

13 Pero cuando fue proclamado emperador, no vaciló en jactarse delante del Senado de que él había dado el Imperio a su padre y a su hermano y que ahora ellos se lo devolvían; tampoco tuvo reparos en afirmar, cuando volvió a llamar a Palacio a su mujer, de quien se había divorciado, que había vuelto a admitirla a su divino lecho. Le causó también gran satisfacción oír en el anfiteatro, un día que ofrecía un banquete, aclamaciones como ésta: «Vivan el Señor y la Señora.» Cuando el certamen capitolino [4] todo el público le pedía al unísono e insistentemente que rehabilitara a Palfurio Sura,[5] expulsado tiempo atrás del Senado y que a la sazón había obtenido la corona de la elocuencia, pero no se dignó dar contestación alguna y por medio de un heraldo ordenó que guardasen silencio. Con no menor arrogancia, un día que dictaba una carta circular 2 que figuraba que escribían sus secretarios, empezó así: «Nuestro señor y dios quiere que se haga así.» De ahí la costumbre que pre-

---

1 Cf. Vesp., 3.

2 Flavio Sabino se había casado con Julia, hija de su hermano; Cf. cap. 10, 4.

3 Frase tomada de HOMERO, Ilíada, 2, 204.

4 Cf. cap. 4, 4.

5 Hijo de un cónsul. Vespasiano le expulsó del Senado y él, entonces, se pasó a la oposición, movimiento que encabezaban los estoicos. Durante el reinado de Domiciano actuó como delator, por lo cual se granjeó la animadversión general; y, así, a la muerte de éste, fue condenado por el Senado.

Vnde institutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter. Statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni permisit ac ponderis certi. Ianos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac
3 tot extruxit, ut cuidam Graece inscriptum sit: «arci». Consulatus septemdecim cepit, quot ante eum nemo; ex quibus septem medios continuauit, omnes autem paene titulo tenus gessit nec quemquam ultra Kal. Mai., plerosque ad Idus usque Ianuarias. Post autem duos triumphos Germanici cognomine assumpto, Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominauit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

14 Per haec terribilis cunctis et inuisus, tandem oppressus est amicorum libertorumque intimorum conspiratione simul et uxoris. Annum diemque ultimum uitae iam pridem suspectum habebat, horam etiam nec non et genus mortis. Adulescentulo Chaldaei cuncta praedixerant; pater quoque super cenam quondam fungis abstinentem palam irriserat ut ignarum sortis suae, quod non fer-
2 rum potius timeret. Quare pauidus semper atque anxius minimis

---

1 ac] aut *GN* • **4** ac] aut **b** • **5** arci *MG* : arti **b** arcui **a** *AB* ἀρχεῖ *Turnebus* • **6** quot *recentiores* : quod *uetustiores*

14 **14** conspiratione **b'** *ONB* : *in reliquis codicibus abest hoc uerbum sed in G legitur* insidiis *ante* amicorum, *unde lacunam post est statuit Ihm* • **17** quondam] quandam **a** *AB*

valeció a partir de entonces de que todo el mundo le diera este tratamiento cuando se dirigían a él por escrito o de palabra. No consentía que le erigieran estatuas en el Capitolio si no eran de oro y plata y si no tenían un peso determinado. Mandó construir en todos los barrios de la ciudad muchos y grandes pórticos y arcos coronados con cuádrigas y con los emblemas de sus victorias, lo cual determinó que en uno de ellos apareciera esta inscripción en griego: «Basta.» [1] Asumió diecisiete consulados, los siete intermedios consecutivos, superando así a todos sus predecesores, pero generalmente se contentaba sólo con el título; [2] no ejerció ninguno más allá de las kalendas de mayo y la mayoría sólo hasta los idus de enero. Después de sus dos triunfos [3] adoptó el sobrenombre de Germánico y dispuso que los meses de septiembre y octubre fuesen llamados con los nombres que él llevaba, o sea, Germánico y Domiciano, puesto que en el primero se había hecho cargo del poder y en el segundo había nacido. 3

Así fue como poco a poco se granjeó la animadversión y odio **14** de todos sus súbditos, y al fin sucumbió como consecuencia de una conspiración en la que participaron sus amigos y libertos más allegados así como su mujer. Hacía ya tiempo que tenía presentimientos acerca de cuál sería el año y día último de su vida, incluso respecto a la hora y forma como debía morir. Cuando todavía era un mozalbete los astrólogos le habían pronosticado tales pormenores; incluso su padre una vez, durante la cena, se había reído de él al ver que se abstenía de comer setas, afirmando que ignoraba su destino y que obraría más cuerdamente si recelaba del hierro. Por 2

---

1 Juego de palabras, pues *arci* en griego significa "basta" y esta misma palabra en latín "arcos".

2 Renunciaba, una vez había tomado posesión, y nombraba a otro cónsul para que se hiciera cargo del consulado.

3 Cf. cap. 6, 1.

etiam suspicionibus praeter modum commouebatur. Vt edicti de excidendis uineis propositi gratiam faceret, non alia magis re compulsus creditur, quam quod sparsi libelli cum his uersibus erant:

Κἂν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

3 Eadem formidine oblatum a senatu nouum et excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusauit, quo decretum erat ut, quotiens gereret consulatum, eq. R. quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum
4 inter lictores apparitoresque. Tempore uero suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies porticum, in quibus spatiari consuerat, parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret prouideret. Nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manum catenis, audiebat. Vtque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo audendam esse patroni necem, Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit, quod post destitutionem Nero in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur.

2-3 faceret — creditur] facere — credatur **b** • *in uoce* magis *desinit R* • **3** quam **a** *AB* : namque *MΠQ* nam *G* • **4** κἀνθυομένῳ *om.* *ΠQAB* • κἂν *Roth* : και *codd.* • ἐπί ῥίζαν] ετριζαν *omnes codd.* • ὅμως ἔτι καρποφορήσω] ομοσσεπικαρποφορεσσης *fere omnes codd. (sed* επι *ex* ετη *corr. M)* • **5** ἐπισπεῖσαι] επισπεισες *plerique codd.* • σοί, τράγε *Bentley* : σοικαρθε *uel sim. codd.* σοί κάπρε *Bücheler* • θυομένῳ] ουδομενω *plerique codd.* • **10** uero *codd. sed in margine add. M¹* : *om. Roth* quoque *uulgo* • suspecti] suspecto *LPA* • periculi] pericula *M* periculo *LPA* • **14** manum] manu **a** *AB* • **16** audendam *L²* : audiendam *cett. codd.*

esto, embargado siempre por el miedo y la zozobra, las más leves sospechas le sacaban de quicio más allá de toda medida. Se asegura que nada contribuyó tanto a que dejara sin efecto su edicto[1] sobre la tala de las vides como la amplia difusión que tuvieron unos libelos con los siguientes versos:[2]

> Aunque me extirpes de cuajo, produciré vino suficiente para rociarte el día en que tú, chivo, seas inmolado.

Impulsado por este temor, cuando el Senado le ofreció un nuevo 3
y rebuscado honor, lo rehusó a pesar de la extraordinaria apetencia que sentía por tales distinciones. Consistía en un decreto por el que se disponía que siempre que ejerciera las funciones de cónsul, le precedieran mezclados con los lictores y ujieres, caballeros romanos, elegidos por sorteo, vistiendo la trábea y la lanza militar en la mano. Al aproximarse la fecha en que sospechaba que iba a 4
producirse el atentado contra su vida, su zozobra iba en aumento de día en día. Hizo revestir las paredes de las galerías por las que acostumbraba a pasear con un mármol brillante que le permitía ver reflejado cuanto ocurría a sus espaldas. No concedía audiencia a ningún prisionero si no era a solas y en un lugar recóndito, e incluso sujetaba con sus manos el extremo de sus cadenas. Para inculcar en el ánimo de las personas que estaban a su servicio que no era lícito atentar contra la vida de sus patronos, aun cuando fuera a fin de bien, mandó ejecutar a su secretario Epafrodito,[3] porque se decía que con su propia mano había ayudado a Nerón a darse la muerte después que todos le hubieron abandonado.

---

1 Cf. cap. 7, 2.

2 Versos tomados de Eneno de Ascalón (Anthologia Palatina 9, 7). Ovidio los imitó en los Fasti 1, 355 y ss.

3 Cf. Ner., 49.

15 Denique Flauium Clementem patruelem suum contemptissimae inertiae, cuius filios etiam tum paruulos successores palam destinauerat abolitoque priore nomine alterum Vespasianum appellari, alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso eius consulatu interemit. Quo maxime facto maturauit sibi
2 exitium. Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt, ut exclamauerit: «Feriat iam, quem uolet.» Tactum de caelo Capitolium templumque Flauiae gentis, item domus Palatina et cubiculum ipsius, atque etiam e basi statuae triumphalis titulus excussus ui procellae in monimentum proximum decidit. Arbor, quae priuato adhuc Vespasiano euersa surrexerat, tunc rursus repente corruit. Praenestina Fortuna, toto imperii spatio annum nouum commendanti laetam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit nec sine sanguinis mentione.
3 Mineruam, quam superstitiose colebat, somniauit excedere sacrario negantemque ultra se tueri eum posse, quod exarmata esset a Ioue. Nulla tamen re perinde commotus est quam responso casuque Ascletarionis mathematici. Hunc delatum nec infitiantem iactasse se quae prouidisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exi-

---

15 **3** abolitoque *N* : abolito *MG* **a** *AB Bentley* et abolito **b** • appellari] appellari iusserat **b'** *NB* apellans *Bentley* • **6** exitium] exitum **a** *A* • **13** eandemque] eademque *MT* eandem Π *(a. corr.) Q* • **14** reddidit **b'** *A* : reddit *rell.* edidit *Bentley* • **16** negantemque] negantem *Stephanus* negantem quoque *Oudendorpius lacunam ante* negantem *statuit Roth aliique editores* • **18** Ascletarionis *codd.* : Asclepiarionis *Bentley* Asclationis *Fr. Cumont* • **19** se quae] seq(ue) *MGLPTAB* • prouidisset] prouidisse *GLPTAB*

15 Finalmente se desembarazó, de improviso y por una sospecha carente en absoluto de fundamento, de Flavio Clemente,[1] primo hermano suyo, cuando todavía se hallaba en funciones de cónsul. Era un hombre que se había granjeado el desprecio de todos por su apatía y cuyos hijos, de corta edad aún, habían sido proclamados por Domiciano como sus sucesores, no sin antes haberles cambiado sus nombres y exigido que fuesen llamados Vespasiano el uno y Domiciano el otro. Y precisamente este asesinato contribuyó a acelerar su muerte. Durante los ocho meses que se siguieron, 2 cayeron tantos rayos en Roma y fuera de Roma, que Domiciano exclamó: «Que fulmine de una vez a quien quiera.» Sufrieron los rigores de los rayos el Capitolio, el santuario de la familia de los Flavios, su residencia en el Palatino y su propia alcoba, y, por si fuera poco, un violento huracán arrancó la inscripción que figuraba en el pedestal de una estatua suya triunfal, y la arrojó sobre un monumento sepulcral cercano. Aquel árbol[2] que, siendo todavía Vespasiano un simple ciudadano, se había derrumbado y luego había vuelto a erguirse, entonces se vino de nuevo al suelo. El oráculo de la Fortuna en Preneste que, habitualmente, durante todo el tiempo de su principado, le venía dando una respuesta propicia y siempre la misma cuando ponía bajo la protección de aquella divinidad el año nuevo, el último año se la dio tristísima e incluso habló de sangre. Soñó que Minerva, por la que sentía una 3 gran devoción, abandonaba su sagrario y le decía que no podía brindarle por más tiempo su protección, pues Júpiter la había desarmado. Ningún presagio, sin embargo, le afectó tanto como la respuesta y el fin que tuvo el astrólogo Ascletarión. Éste había sido denunciado y había reconocido ser cierto que había propalado cosas que su arte le permitía pronosticar; entonces Domiciano le

1 Hijo de Flavio Sabino, hermano mayor de Vespasiano, y hermano de Flavio Sabino, citado en el cap. 10, 4.

2 Cf. Vesp., 5, 4.

tus; et affirmantem fore ut breui laceraretur a canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissime imperauit. Quod cum fieret, euenit ut repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer discerperent canes, idque ei cenanti a mimo Latino, qui praeteriens forte animaduerterat, inter ceteras diei fabulas referretur.

16 Pridie quam periret, cum oblatos tubures seruari iussisset in crastinum, adiecit: «Si modo uti licuerit», et conuersus ad proximos affirmauit fore ut sequenti die luna se in aquario cruentaret factumque aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediam noctem ita est exterritus, ut e strato prosiliret. Dehinc mane haruspicem ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum praedixerat, audiit con-
2 demnauitque. Ac dum exulceratam in fronte uerrucam uehementius scalpit, profluente sanguine: «Vtinam», inquit, «hactenus!» Tunc horas requirenti pro quinta, quam metuebat, sexta ex indus-

---

4 deiecto] detecto *N* disiecto *Bentley*

16 7 tubures *M* : tuberes (-os *L*) *cett.* • 12 prosiliret] prosilierit *Bentley*

preguntó si sabía la suerte que le estaba reservada y, como contestara que en breve los perros le despedazarían, dispuso su inmediata ejecución, mas, para demostrar que su arte carecía de fundamento, ordenó que le dieran sepultura con el máximo cuidado. Cuando se cumplimentaban estas órdenes, una súbita tempestad extinguió la pira fúnebre y los perros desmembraron el cadáver a medio quemar. Este incidente, junto con otras noticias del día, le fue contado durante la comida por un actor de mimos, Latino,[1] que casualmente había pasado por aquel lugar y había sido testigo presencial de lo ocurrido.

16 La víspera del día en que fue asesinado le sirvieron trufas, pero mandó que se las guardaran para el día siguiente añadiendo: «si es que puedo comerlas» y, volviéndose a los comensales más próximos a él, afirmó que a la mañana siguiente la luna se cubriría de sangre al pasar por el signo de Acuario y que se produciría un hecho de tal magnitud, que hablarían de él todos los hombres del mundo. A eso de media noche le sobrecogió un terror tan grande, que se precipitó de un salto fuera de la cama. A la mañana siguiente interrogó y condenó a muerte a un adivino que le habían enviado de Germania, porque, consultado sobre el significado de un rayo, había pronosticado un golpe de estado. Habiéndose ras- 2
cado con demasiada fuerza una verruga que se le había formado en la frente, se hizo sangre y exclamó: «¡Ojalá no se derrame más que ésta!» Entonces preguntó qué hora[2] era y adrede le dijeron que era la sexta en vez de la quinta, por el miedo que ésta le inspi-

---

1 Además de actor era un confidente de Domiciano. Tanto Marcial como Juvenal aluden a él.

2 Los latinos dividían el espacio de tiempo que media entre la salida y la puesta del sol en 12 horas; por tanto, éstas tenían una duración distinta según la época del año: en verano 75 minutos, en invierno 45. La hora sexta equivale a mediodía.

tria nuntiata est. His uelut transacto iam periculo laetum festinantemque ad corporis curam Parthenius cubiculo praepositus conuertit, nuntians esse qui magnum nescio quid afferret, neo differendum. Itaque summotis omnibus in cubiculum se recepit atque ibi occisus est.

17 De insidiarum caedisque genere haec fere diuulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quando et quo modo, id est lauantemne an cenantem adgrederentur, Stephanus, Domitillae procurator et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium operamque obtulit. Ac sinisteriore brachio uelut aegro lanis fasciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, sub ipsam horam dolonem interiecit; professusque conspirationis indicium et ob hoc admissus
2 legenti traditum a se libellum et attonito suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius et Maximus Parthenii libertus et Satur decurio cubiculariorum et quidam e gladiatorio ludo uulneribus septem contrucidarunt. Puer, qui curae Larum cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi, hoc amplius narrabat, iussum se a Domitiano ad primum statim uulnus pugionem puluino subditum porrigere ac ministros uocare, neque ad caput quidquam excepto capulo et praeterea clausa omnia repperis-

---

17 **11** obuoluto sub *G* : obuolutamb *M* obuoluto in **a** *AB* obuoluto ad **b** • dolonem *Ferrarius* : dolum *codd.* • **15** et Satur *G* : et saturius **b'** *B* est et satur *MLPA* est et saturius *O*

